31
10-F
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
27 C
25

Platine de honeſtate: volu-
ptate: ⁊ valitudine: vel
de obſoniis: ⁊ arte
coquinaria li
bri decé.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Domus S.tæ M.æ Magdalenę Urbis

❡ Platinæ de honeſta uoloptate:& ualitudine ad ampliſſimum ac doctiſſimum.D.B.Rouerellam.S.Clæmentis Preſbyterum Cardinalem. Liber primus.

ERrabunt & quidem uehementer Ampliſſime Pater.B.Rouerella:Qui hanc noſtram ſuſceptionē nequaq̃ dignam quæ tuo nomini aſcriberetur putarint:quod & uoluptatis & ualitudinis titulum præferat.Verum cum mihi atq; omnibus eruditis ſpectata ſit ingenii tui uis:& acumen morū honeſtiſſimæ uite conſtantia:doctrine ac eruditionis magnitudo:malui te uigilarum mearum patronum ac iudicē (ſi qd peruerſe ſcriptū ineſt) facere:quā aliū quēpiā.Inſtabunt acriter maleuoli (ſat ſcio) de uoluptate ad uirum optimū ac cōtinētiſſimum nō fuiſſe ſcribendum.Sed dicant quæſo hi ſtoicidæ qui elatis ſuperciliis non de ui:ſed de nominum uocibus tantū modo diiudicant:quid mali in ſe habeat conſiderata uoluptas Eſt enim huius ut ualitudinis uocabulum medium.De uoluptate quam intemperantes& libidinoſi ex luxu & uarietate ciborum.ex titillatione rerum uenerearum percipiunt:abſit ut Platyna ad uirū ſanctiſſimum ſcribat.De illa uoluptate: quæ ex continentia uictus:& earum rerum:quas humana natura appetit:loquor.Neminem enim adhuc uidi adeo libidinoſum & incontinentem:qui non aliqua tangeretur uoluptate:ſi quādo a rebus pluſq̃ ſatis eſt cōcupitis declinauiſſet. Valet apud uos (ut uideo) Ciceronis auctoritas:qui quidē ut Ariſtoteles Platonem:Pythagorā:Zenonē:Democritum:Chryſippum Parmenidē:Heraclitum:ſic epicurum ſegetē & materiā eruditiōis ac doctrinæ ſue facit:quo cū eni tutiꝰ cōgrederetᷣ q̃ cū

mortuo Epicuro habuit Cicero. Valebit & apud me Senecæ: Lucretii: Laertii aucto ritas: qui Epicurum ut uirū ſanctiſſimū atq; optimum miris laudibus extollat Dicere autem non decere ſapientem merore conficii cum perturbatiōis dolor iſq; uacatio conſtantes efficiat uoluptates: Quid mali immo quod ñ boni in ſe habet. Ad fœlicitatem enim uoluptas illa quæ ex honeſta actione orit̃. ut medicia ad ſanitatē ægrotantē hominē p ducit. Quis eſt prætera tam ſtupidus. tamq; (ut iſti uolunt) a ſenſibus ob ſanctitatem & tetricam ui tā alienus qui nō corpore & animo aliqua profundatur uoluptate? Si & in uictu mediocritatem unde bona ualitudo & in actione integritatem ac conſtantiā unde fœlicitas orit̃ retinuerit? Non improbat̃ hoc nomen a Platone: non ab. Ariſtotele: qui ſignate admodum de rebus ipſis: locuti ſunt Fecit Metrodori ac Hieroymi lux9 & libido ut Epicurei uiri optimi ſcohla & doctrina uicio daretur. Nō ergo q̃duit bōus ſed ꝗ deprauatores ſectæ addidere culpandum erat. Deſināt præterea hi rerum eſtimatores & q̃ſi trutina ꝗ indies ab unoquoq; fit librantes carpere quid de ualitudine aut ratione uictus quam Græci dietam appellant. addendo quædam ad curandas ægrotationes præcepta: de natura rerum & obſonii perſcripſerim. Tantum enim abeſt. ut hoc inſtitutum a uiro ciuili ſit alienum: ſūmoꝶ etiam philoſophoꝶ auctoritate & præcepto. ut quemadmodum in prælio qui ciuem olim ſic qui in pace multos nūc ciues rationē uictus afferendo ſæruauerit plures ciuicas merere uideatur: Obſonia mihi obiiciēt ut guloſo & edaci: utq; inſtrumēta libidinū & quædā q̃ſi calcaria intēperantibus & flagitioſi addēti. Vtinam ipſi aut natura aut inſtituto: ut platyna mediocritate

& parſimonia uterentur nõ uideremus hodie tot popinarios in urbe:tot gaeones:tot gnatones:tot ſcurras:tot adulatores libidinum:& obſtruſarum diligentiſſimos ob edacitatẽ & auariciam conquiſitores. Scripſi ego de obſoniis. Catonem uirũ optimum Varronem oĩum doctiſſimum. Columellam & Celium apitium imitatus:non quo legentes ad luxum adhortarer:quos certe iter ſcribendum ſemꝑ a uicio deterrui. ſed quo & ciuili uiro ualitudinem. lauticiem uictus potiuſq̃. luxũ quærenti prodeſſem. & poſteris oſtenderem hãc noſtrã ætatẽ ingenia habuiſſe quæ maiores ſi non æquare:imitari ſaltẽ in quouis genere dicendi auderent. Has ego ruſticatiões meas quas hac æſtate in ſeceſſu tuſculano apud inclytum & ampliſſimũ patrem Franciſcũ Gonzagã. non aſpernabere doctiſſime pater ſi boni pluſq̃ mali in ſe habent:ſiue nõ ad flagitiũ q̄ eẽt deteſtandum. ſed ad ualitudinem & moleſtiam homines te etiã impellente nõis tui auctoritate interpoſita adhortantur.

¶ D eligendus Locus ad Habitandum

EX quattuor elemẽtis:unde animantia quæq; aut mixtim aut ſeorſum originem traxere duo ſunt ex quib9 & in quibus potiſſimum uiuit homo:terra. ſcilicet & aer. Ab igne enim & aqua quorum alterum ſupra modũ frigidum & humidũ eſt. alterum calidũ & ſiccum ita natura ſecludimur ut habita quantũ indiuidua requirunt particula quadã diutius inter hæc uerſari nequeamus. Familiariora igiť humano generi & q̃ſi domicilia ſunt terra & aer:inq̄bus ad ualitudinem & uoluptatẽ eligendus eſt locus:ne brutis hac in re inferiores eſſe uideamur:quæ ex regionibus ſalubritatẽ cũ iucũdiditate req̄runt. Deligat itaq; homo nõ inciuilis & ingenii particeps. tum in urbe:tũ in agris pro anni tp̄e locũ ſaluberrimum:iucundũ:amœnum:uenuſtũ. ubi ædificet:ubi rei ruſticæ ope-

ram det. ubi muſis & ingenio uacet ubi poſtremo quid fieri pꝑ facile a uiro caſtiſſimo & doctiſſimo poteſt cum diis ipſis loquatur. Aeſtate petat loca excelſa. non nebuloſa non uentoſa nimium. ſed puri clari tẽperatiq; cæli: ubi domũ habeat egregie cameratam. cuius feneſtræ Varronis auctoritate ad orientem & ſeptentrionem uergant. Tale. n. domicilium ueniente ſole illuſtratur. & quaſi repurgatum omni nocturna labe. cũ non ad modũ calefiat occidente eodẽ ſeptentrionali aura refrigerat. Eadem quoq; rõne utemur: ſi nobis ſecundum maris littus habitare contigerit quod per æſtatẽ merediano & occiduo ſole alia rõne ædificatæ domus admodum feruent. unde fit ut corpa diutino calore uiciata ac nulla uoluptate adiuta. in greues periculoſos incidãt morbos. Vere aũt hyeme autũno maxime ubi tempies fuerit in planis collinis ac maritimis locis commode & ſalubriter habitaueris. modo ꝓcul ſint a paludibus a ſtagnis a calidis ac ſulphureis fontibus. Sunt etiam qui ſcribãt fluminũ auras ac maritimæ oræ. ſi a meridie flauerint: in ſalubres eſſe maxime uero in grauibus locis qđ hodie quoq; in latio ac in maritimis auſtro expoſitis frequentatis funeribus cernitur. Cauendum eſt etiam ab immenſo frigore: præcipue uero flante borea. unde & neruorum contractiones diſtentiones ac rigores; quos Græci ſpaſmum & tentanũ uocant & tuſſes. diſtilationes tormina lapitudines raucedines ac ueſſicæ dolore naſcuntur. Adde quod nimio calore concoctio intermittitur ſomnus aufert: reſoluit ut corpus. ac menſia cet ita nimio frigore hebetantur ſenſus. & deſtitutum prope fomento naturali ſtupet ingenium. Optima eſt hyems. ut ait Celſus quæ uento uacat. ſalubris æſtas qua fauonii perflant: uel ſeptentrionales magis quam ſubſolani. & ut uentus a mediterraneis regionibus ueniens ſalubris eſt. ita fere a mari gra-

uis.Igne itaq; eo tempore anni fouenda ſunt membra.non ta
men diu foco inhærendum eſt.ne & corpus pigreſcat & debi
litet' ingenium & malis uaporibus quod fieri ſolet cerebrũ re
pleatur:attractis per ignem ad caput hũoribus:quos græci ca
tarros & reumata:nr̃i fluores & deſtilationes appellant. Obe
unda ſunt negotia.tum urbana.tum ruſtica:uacandũ ingenio
ſi doctrina ibuti ſumus.unde ſolida & integra uoluptas oriri
ſolet.

¶ De exercitatione corporis.

u Erum quia ignauia corpus hebetat & ſecordem uitã
proſequit' ualitudo:exercitatione liberali utendũ eſt
quia & ſanguis ocio deprauatus emẽdat':& mẽbra
ualidiora ac promptiora ad id qđ inſtat agendũ fiunt. & ſto
machus motu.in quo calor ineſt ad appetentiam excitatur:&
mens a diuuãtibus ſenſibus ad cognitionẽ rerꝫ occultarꝫ.& ad
mirabiliũ celerior & acutior redditur.Sed neq; hoc ante cõco
ctionẽ.neq; ieiuno ad modũ & famelico corpore faciendum ẽ
expectanda eſt prima cõcoctio poſtq̃ nil crudum nil iane de
ſtomacho pertimeſcendum eſt .Homiem commode exercet
ambulatio negociatio peracclinũ aſcenſus.ac deſcenſus. Rei
non ponderoſæ de loco ad locũ portatio ubi domi ſumus.Sari
tio occatio rũcatio inſitio potatio.dum hortos & pomaria ani
mi gratia colimus.Exercent item ſed concitatius pila.tum:ma
ior:tum minor equeſtres ac pedeſtres ludi gladiatura.ſed ide
centius.Præterea certare ſaltu:iaculum torquere.arcũ itende
re:lucta.luctari.uenatiõe defatigari non alienũ ab ingenio ac
ciuili uiro uidetur quãdo pro patria ſi opus fuerit ſtrenue ſũp
turi ſunt arma.Fient hæc commodius ad ualitudinem:& ſub
inde ad uoluptatem ſub dio cælo & i ſole quam ſub tecto aut
in umbra Illæ potiſſimum exercitationes laudande ſunt ut ait

Celſus quatum finis plærunq; ſudor eſt aut certe laſſitudo:q̄ citra fatigationem fit:Sed hoc maxīe attendendū eſt:ut æqu aliter omnia membra ſecūdum uires exerceantur:nedum uni parcimus:reliqua nimio labore obruantur. Vt uero ex nimio ocio:ita ex nimia defatigatione periclitatur.Mediū igit̃ quoddam tenendum eſt ne dolorem cum uoluptate permutemus.

De Cœna.

f Edato tandem ab omni concitatione corpore cū ueſperi edendum ſit:quo tempore noſtri cœnam facere dicuntur:cum prandio maiores & quidem militātes ante meridiem uti conſueuerint:cibus quem ſtomachus noſter coquere haud grauare poſſit capiendus eſt: Parcius tamen edendum tum eſt:maxime uero biloſis quorum morbi humiditate nocturna urgente cibo etiam augeri non ſine incōmodo ſolent.Sūpto cibo ab omni cōmotione corporea uehementi præſertim & mentis agitatione duabus horis ſuperſedendo:donec ſaltem prima concoctio fiat.

De ioco & ludo

i Nterim uero iocis ac ludo minime concitato uacandum:ne ſenſus cogitatione occupati concoctionem īpediant.Careat iocus quē urbanū:facetū: modeſtū uolo dicacitate:ſcurrulitate:mordacitate.Nolo mimos nō proteruiā:nō dicteria:nō cōuicia: un̄ ira & idignatio:ac plerunq; magna rixa orit̃.Ludus ſit talis:teſſere ſaccho:ut nr̄a appellatione utar chartis uariis imaginibus pictis.Abſit & inter ludēdum omnis fraus & auaritia:qua illiberalior & deteſtand9 fit ludus:nec ullam affert ludi uoluptatem:cum timor ira:& im

menſa habendi cupiditas uariis modis ludentes cruciet. ſi lu-
cubrandū eſt non poſt cibum id facere: ſed poſt concoctionē
debemus naturalis enim calor cōmotione & agitatione men-
tis a ſtomacho retrahitur: aut ĩbecillior ad coquendū reddit.

¶ De ſomno:

T autē nimia exercitatio & longa uigilia uim corpo-
u ris proſternunt: cōcoctionē ĩpediunt: ſpūs uitales de
bilitant: cerebrū excitant. Sic temperatus ſomnus: &
qui non ex crapula & ebrietate uenit membra labore feſſa in-
ſtaurat: calorem ſtomacho ſubminiſtrat: mentē purgat: ac de
niq; totū corpus ad honeſtam actionem: ex qua uirtutis habi-
tus cōparat̃ renouat. Vt hyeme cōmodior culcitra plumea ē:
ita lanea uel bōbycina æſtate ſalubrior. Animo tñ ſomno præ-
cauendū eſt. unde & corpus macreſcit. & ſenſus hebetant̃ &
ſtomachus fluore tentatur: & caput in cerebrū grauat̃ & ob-
tunditur. Ad ſomnū nox mortales inuitat: ꝙ tranquilla: ꝙ ob-
ſcura: ꝙ frigida & humida eſt. Nunc cimices plerūq; intertur
bant quos hac rōne facillime tolles. Cucumerē āguinū cōdito
in aquā: eamq; in lecticā: & quo uoles infundito. Vel felbubu
lum cū aceto mixtū ſuperfundito: nulli naſcentur. Fugabitur
itē ex cubiculo pulex ſi aquā coriādro circunquaq; fūdes. Me
ridiari enim hoc eſt meridie dormire: niſi ſedēdo tantiſper dū
fumi aliquātulū euaporēt inſalubre eſt & peſtifeꝝ: Caput .n.
debilitatur: deſtillationes augentur pituita creſcit: calor natu-
ralis coreūpitur. ſegne omnino deſidioſum marcidum ac lan-
guidum corpus efficitur.

¶ Q ua ratione cubandum ſit.

N faciem dormiat cui ſtomachus imbecillis eſt. Id
i enim coactionem adiuuat: nec patitur pitui tam con-
creſcere calorē naturalē augēdo: quo noxii hūores ex

coquunť. Dormire itē primo ſomno in latus dextrum: deinde in ſiniſtrū perutile eſt. Supinus ne dormiat qui ſane mentis ē: inde enim pleriq; & graues oriūtur morbi: cum & cerebrum & neruos & renes fluidus humor inficiat: tali accubitu ꝓprio meatu auerſus. Dormire capite & humeris elatis mire ad ualitudinem facit. Noctu uitanda eſt luna præcipue cum dormiť quia frigidos humores mouet: & reutiſſimum pluriſariam generat: maxime uero ſi radii lunares quorum qualitas frigida ē & humida in caput dormientis deciderit.

¶ De Concubitu

Concubitus: quē Hippocrates medicorū princeps diuina uir ſcientia ait partē eſſe quādā comicialis morbis: neq; nimis eſt concupiſcēdus: neq; omnino poſthabendus: cum ad generationem faciat: qua animantium ſpecies cōſeruantur. Rarus (ut ait Celſus) corpus excitat frequēs ſolu t: frquētē dixit nō numero ſed ratione ætatis & corporis. Is. n. coitus non inutilis eſt: & ad uoluptatem facit: quē nullus langor aut dolor ſequitur. Peior ē æſtate & autūno: tollerabilior hyeme & uere. noctu tutior q̄ interdiu: ſi non hunc cum uigilia labor ſtatim ſequitur.

¶ Quid ſit agendum ubi cubitu ſurrexeris.

Si bene concoxit experrectus mane tuto ſurgit. q̄ minus quieſcere in ſtrato debet: & redormire: ſi mane ante tempus reſurgendi neceſſitas fuit: conquieſcat deinde neq; exercitationi ſe aut negocio credat. Vt uelpertinum ita matutinum frigus ei fugiendum eſt qui ex capite & ſtomacho laborat. Vbi quis ſurrexerit paululum intermitteř debet. deinde capillum ſurſum uorſum pectere exercendo cōtinuo id pituitæ: quod noctu concepit. Lauare itē pedes & caput ante cibum non inutile beneualenti erit: purgamenta cor

poris:quæ ad extrema expelluntur bene detergendo. Fouere os multa aqua æſtate præcipue:nõ erit inſalubræ:hyeme uero temperantius id agendũ eſt:ne nerui ac ſenſus rigore lædãtur & obſtupeſcant. Mouere aluũ ſi conſtrictior eſt: eandemq́ ſiſtere ſi profluuio laborat:medicoꝝ proprium ẽ. Quare ab hiis de hac atq́ item de cæteris medicamentis:quæ ad curandam ualitudinem pertinẽt ratio petatur. A me enim tantũmodo capita ponentur:cum in rerum proprietatem incidero qa de uoluptate loqui ſatius duximus:quæ magna & ſolida comparabit:ſi a noxiis cauentes que ſecundum naturam ſunt prudenter ac modeſte amplectemur.

❡ De exercitatione poſt ſomnũ.

Q Vi bene concoxit(ut ait celſus ampliorẽ q male remiſſiorẽ exercitationẽ faciat:ſed multũ refert : ſit ne qs urbanus an ruſtic9:miles an ſtudio litteraꝝ remolitus. Exercitationes enim ex genere naturarum:& ſtudiorum ſumẽdæ ſunt. Venatiõe ruſticus ac miles utatur:quod ſimilitudinẽ quandã cũ militari ſolertia habeat:quodq; ruſticis fere eorum opera euertendo ac prædando hoſtium loco habeantur. Gaudet aucupio ciuis:nec uenationem aſpernatur. Atqui ocio & muſis delectatur clare legat: poſt lectionem multum ambulet:non ſub tecto ſed in ſole:ſi caput patitur. Geſtetur more maiorum:equitet:hortos & pomaria inuiſat:riuos deducat ſurculos ponat inſitionem faciat:herbas aromathicas plantet:runcet:ſariat uiſco & bubone aues capiat. apum aluearia curet. auiculas camoras enutriat:piſcinas habeat unde piſcari non incommode poſſit. in foro ambulet. negocia tranſigat de re publi.loquatur ſi opus fuerit & diſſerat. Inde domoꝝ

ſi bis in die comedere aſſueuit reuertatur. Inediam non ferat q ſtomachũ pituita repelit. Hãc tamẽ facilius ſuſtinẽt mediæ ætates. minus iuuenes minime pueri & ſenectute confecti ratione uirium. Cauendum eſt item ne ante famem comedam⁹ ne quod aſſumimus ad robur & uim corporis. id totum in uires & perniciem uertatur. quod certe a crudo & repleto ſtomacho fieri conſueuit.

ℭ Quid obſeruandum in uita ad uoluptatem

Cribere de obſoniis & pulmentis noſtrorum temporum & quibus maxime aula romana ueſcitur deinceps inſtitui: ſi prius pauca attigero quæ ad ualitudinem & uoluptatem homis faciunt. Non enim omnes cibi omnibus conferunt. Sed ut uaria ſunt elementa uariæ hominum ex humoribus appetentiæ. uarii quoq; guſtus. ſic uarii debent eſſe cibi. ut quod conuenit qđ ſapit quod nutrit unicuiq; tribuatur. Nemo enim me auctore quod faſtidio afficit. qđ nocet quod cruciat quod interficit comedet. Penſitabit quiſq; quid genio ſuo conueniat. & id cibi eiuſq; generis aſſumet qđ enutrire corpus ſine moleſtia poſſit. Meminerit unuſquiſq; dicti illius ſocratici edendum eſſe ut uiuamus non propterea uiuere ut edamus. Corpus hoc quo ſuſtinuemur omnes & uiuimus ex quattuor humoribus conſtat. Habet enim in ſe ſanguinẽ bilem rubeam. quã & cholerã dicimus atrã bilẽ. q̃ eandẽ melanchoniam appellabimus habet etiam phlegma quæ & pituita latine dicetur: ſanguinis ſedes epar eſt ſiue iecur malis appellare. In præcordiis præſidet bilis rubea: at in ſiniſtro latere maxime uero in felle domiciliũ habet atra bilis. Pituita caput & ſtomachum uexat inde quoq; i ueſſicam & renes cum pernicie hominis deſcendit: Sanguis calidus & humect⁹ ueri cõ

paratur:cholera ſicca & calida æſtati. Melancholia ſicca & frigida autumno. Phlegma frigidum & humidum hyemi. Eadem quoq; proportiōe his humoribus eum elementis: qui & temporibus creſcunt. Augetur ſanguis ab. viii. idus Februarii uſq; ad. viii. id9 Maii. hāc ob rem bōis cibis & temperatis utendum eſt. Demendum tamen aliquid de cibo eſt edendumq; potoni: bibere cum dilutius conuenit utendū carne & olerib9 tranſeūdum paululum ad aſſa ab elixis. Venus eo tēpore āni tutiſſima eſt. Surgit cholera ab. viii. idus Maii uſq; ad. viii. id9 Auguſti. Vtēdum tum frigidis & humidis eſt. laborandū parcius carne aſſa ut ſæpius ante cibum: ſic exigua utendum eſt. Sit potio quam diluutiſſima: ut & ſitim tollat nec corpus incendat uenere tamen omnino abſtinendum. Dominatur melancholia ab. viii. idus Auguſti uſq; ad. viii. idus Nouembris. Acidis tum atq; acrib9 utendū ac minus elaborandū. Ab. viii. idus Nouēbris uſq; ad. viii. id9 Februarii phlegma ſiue pituitā ma uis appellare uiget: Eſſe plus tum maxime conuenit. Minus ſed meracius bibere pane plus ſolito uti carne potius elixa quā aſſa. oleribus modice. Eo tempore anni calidis omnibus habita tamen corporum noſtrorum ratiōe utēdū eſt. Venus tum non æquæ perniciosa. Hæc qui diligenter obſeruabit. non me ſed natura admouente quid proſit quid contra toto anno faciliime deprehēdes incolumi ſoſpitate uitam cum uoluptate trāſiges: nulla indigebit medicorum opera: & induſtria. Vnum tamen omnes admonuerim 9ne nimia edendi cupiditate cibū ut pleriq; ſolent. minus dentibus contuſum deglutiant. Laboratum ſtomachus in decotione: & crudum cum præcordiorum dolore ructat Molliat igitur & terat diligenter quantum coquere poteſt hac enim ratione indigero quæ tunſa ſunt mirum in modum ſtomachus iuuatur.

¶ De Coquo.

c Oquum habeat arte & lõga experientia doctum:pa tiente laboris:& qui laudari in ea re maxime cupiat. Careat is omni ſqualore & ſpuritia cognoſcat appoſite carnium:piſcium:olerum uim atq; naturam. ut quid aſſũ: quod elixum.quid frictum fieri debeat deprehendat. Caleat guſtu decernere quæ ſalitia nimis.& quæ fatua ſunt.Nouoco menſi noſtra ætate coquorum principi:& a quo obſoniorũ cõficiendorum rõnem accepiſſit oio ſi fieri poteſt perſimilis Nõ ſit guloſus & epax.ut Mariſius gallus:ne quod dominũ ederẽ oportet ipſe intercipiat & deuoret.

¶ De paranda menſa

p Ro tempore anni parãda eſt menſa.hyeme locis claſis & calidis:æſtate frigidis & apertis. Vere in triclinium & menſam ſternant̃ flores hyeme fiat ſuffumigatio odoramẽtorũ.Aeſtate ſternat̃ pauimẽtum frõdibus odoriferarũ arborũ uitis ac ſalicis.que cõclaue recertent. Autũno uuæ maturæ pyra poma a loquearibus pendeant. Albæ ſint mappæ:cãdida mantilia:ne ſi ſecus fuerint faſtidium generẽt & auiditatem edendi tollant. Cultros tergat ſeruus eorum q; aciem prolixet:ne in mora ſint cõuiuiæ obferri hebetudinem: parata ſint reliqua uaſa terſa nitida:ſiue ille fictilia ſint:ſiue argentea .Hæc.eni lautices ẽt reſidentem apetentiã excitat

¶ De Sale.

ſ Alem requirit menſa ne inſula uideat̃ obſonia.unde fatuos homines dicimus ſtolidos & inſipidos q nil ſalis hoc eſt ingenii habeant:a græco uocabulo ἁλσ uenit uerſa daſea i s.Salis uis adeo ignea eſt.ut quæ attigit corpora aſtrigat ſiccet alliget.Mortua ſi ſalitura tempori fiat optime conſeruantur ut de pernis & aliis ſalſamentis licet cernere.

Contra morbos quoſdam plurimum ualet:cum adurat repur get extenuet diſſoluat ſtomacho tamen inutilis præterquam ad exercitandam auiditatem..Eius immoderatus uſus epati: ſanguini oculis admodũ nocet. Vlceribus qbuſdam & morſibus uenenoſis illitus prodeſt. Sal quo uſurus in menſa es ſit albus & mundus:ut uolateranus in hetruria.

De Pane:

I Nter fruges ad uſum hominum inuentas.frumentũ utiliſſimum eſt cui9 ſpecies ſecũdum Celſum habẽtur halica.oriza:tiſſana: hamilum. triticũ. ſiligo: far quod adureũ ueteres appellauere:unde adorare dictum:qa: libis adoreis ſacra diis exhiberentur. Tritico nil eſt fertilius & ſuauius:uel quod magis alat maxime ſi collinum & non campeſtre fuerit ordeum frugum omnium nobiliſſimum habetᷣ: qđ in ſieca & ſoluta terra ſeri uelit qđ cito matureſcat. & ob graccilitatem calami ante omnia frumenta ſuccidatur.Ex hoc polenta & aqua mulſa ægrotantium cauſa commodius fiet q̃ panis.Siliginem aphricanam cuius panem ueteres laudabãt: nequaquam ſimilem huic crediderim:quæ noſtra ætas neſcitᷣ cum nullum genus panifici hoc ſit inſuauius.& quod auiditatem edẽdi minus utiliter cõprimat.Qui igitᷣ piſtoritiam exercet fariam q̃q̃ a fare dictam ex tritico bene molitam ſumat ab ea deniq; eribro farinaceo pertenui furfures & polinem ſecernat quã quidem in menſam panificiam circũquaq; a lateribus clauſam impoſita aqua calida & quidẽ ſalſa ut ferrarienſes in Italia ſolent.Si in locis humectis habitas inditaq; ex fermento offa bene adiuuantibus ſociis uſq; ad eam craſſitudinem ſubiungat:qua non in cõmode panis confici põt Caueat piſtor ne plus:minuſue fermẽti q̃ decet ipõat:ex illo.n.acorẽ panis concipit:ex hoc grauior fit i concoctione,& inſalubrior cũ aluum

aſtringat. Panis in clibano bene coctus & non eiuſdē diei neq̧ ex tritico apprime nouo cōmode nutrit. & ſi tarde concoquit̄.

¶ De placentis.

Vbigat idē piſtor tantum farinæ ex aqua calida: q̄-
s tū ad faciendū placentā ſat eſt. & ſubacte indat feni-
culi ſemen. ac laridum teſſalatim cōciſum: aut butyꝝ uel oleū ſeorſum tamē: ac rurſum tandiu ſubigat: quoad oia i unā redegerit maſſam. ꝑmat deinde manibus in orbicularem formā. ac clibano inferat una cū pane. uel in focolari ſub textu cinere & carnibus coquat. Et aliud genus placentæ ſine larido adhito ſale oleo: & feniculo: q̧ ſub cinere & carbonibus coqui tur. Omitto placentas oblongas. quæ ex pane fermentato: & nōdū cocto fiunt: cum nullam habeant uoluptatē. Sunt item qui ficedulas & auiculas ꝑuas: quiq̧ caſeū recentē & pinguē ſeorſum ab auiculis pani includant: ut ſimul in furno.

¶ Quid ſit edendum primo.

Bſeruandus eſt ordo in aſſumēdis cibis: cum omnia
o quæ aluum mouēt: quæq̧ lenis ac parui ſint alimen-
ti: ut poma fere ac pyra quædā tutius ac ſuauius pri-
ma menſa comedantur. Addo etiam lactucas & qcqd crudū uel coctū ex aceto & oleo aſſumitur. Oua preterea ſorbilia ꝑ ſertim: ac tragemata quædā: quæ nos bellaria dicimus ex aromatibus & nucleis pineis aut melle aut ſaccharo condita: conuiuiis præcōmodæ apponuntur.

¶ De Ceraſis.

X pomiferis arborib⁹ apd nos ceraſa. ſiue ut Ser. pla
cet ceraſia libet appellar̄ prio matureſcūt. primū ita q̧ edēd: apponāt̄. hāc ob rē, L. Lu. p⁹ uictoriā mitridaticā ur

bis anno ſexcēteſimo octogeſimo in italiā uexit.cuius tāta ſu-
it ubertas:ut ad oceanū in britāniā uſq; peruenerit. Ceraſiorū
quædā ſūt acida quædā auſtera:& quædā dulcia. Auſtera uē-
trē cōſtringunt.ſtomachū exaſperant.Acida pituitā incidunt
flauā bilem reprimunt.ſitim extingunt:& deſiderium edendi
Dulcia ſtomacho aduerſa.lumbricos & putridos humores ī
uentrē generāt.Deuorata manu dū recentia ſūt cum ſuis nu-
cleis:urinā & uentrem mouent.

¶ De prnnis.

I Ngens eſt(ut ait Plinius)prunorum turba.A colori
bus quædam ſumpſere nomina ut alba & nigra:A ſi
militudine alia ut ordearia:q colorem ordeaceū ſint
conſecuta.A uilitate alia ſunt aſinaria cognominata:Ab exter
na gente quædam etiam armeniaca dicta:quæ odore pecula
ri laudant.Damaſcena oblonga & nigra a ciuitate ſiriæ dama
ſco nomen ducentia:cæteris præſtantiora & ſalubriora ſunt.
Nulla arbor per adoptionem hoc eſt inſitionem facilius in fa-
milias aliarum arborum trāſit.Miratur plinius de pruno nul-
lam a Catone mētionem fieri:cū pruna ſilueſtria ubiq; naſce-
rentur.Vſus prunoꝝ ante cibum(ſi moderatus eſt)aluum ci
tam facit.bilem lenit:uoluptatem ſitienti affert.Pruna ac ma-
la omnia:ut ceraſa pira & reliqua lecta cum petiolis.& in mel
le poſita ita ne ſe contingant.diu ſeruabis.

¶ De Moris.

m Orus ſatiua tardiſſime ſeneſcit.In ægypto & cypro
abundantiſſimi ſucci fructus producit quorum tri-
nus color eſt.primo albeſcunt:deinde rubeſcūt:po-
ſtremo nigerrima fiunt:quaſi Tiſbes puellæ ægyptiacæ cruo
re reſperſa.Matura mora quamuis ad humiditatem & cali-
ditatem tendunt:parū tamen alunt:ſtomacho aduerſant. qa

in eo facillime putreſcunt. Verum quia aluũ citã faciũt prima menſa comedẽda:nã & urinã mouẽt. & in aqua frigida hume ctata:ſitim extingũt. Sũt & mora ex rubis naſcẽtia:quib⁹ utũ tur in pigmentis medici. Vt mora recẽtia diu durẽt hoc modo facies. Succũ ex moris exprimito:miſcetoq̃ cũ ſapa:& in ui trio uaſe cum moris mittito:uiridia diu ſeruabis.

❡ De Peponibus.

Epones a malepeponibus differre uident̃:cũ hi fere rotundi & coſtati ſint:illi oblongi:q̃ſi citrea. Ve℞ nõ adeo differunt:cũ a peponibus malopepones factos afferat Pli. a pediculo maturi ſpõte diſcedũt q̃uis nõ pendent. Gratus eſt certe peponis uſus:uerũ difficillime ob eius frigidi tatẽ cõmixtã hũiditati coquitur. Pœpon tñ detracta cute & ab iecto ſemine eſui datus:ſtomachi cõpeſcit ardores. aluũ leni ter mollit. Repurgato ſtomacho edendus eſt:quia facillime in eos humores cõuertit̃:& concoctionem retardat:quos præ dominari in cibi receptaculo cõpererit:Hanc ob rem nobis a maioribus im̃patum eſt:ut pepones ieiuni comedamus:ſuper ſedeamuſq̃ a reliquo cibo:donec in fundo ſemicocti reſederit Eius uſus & ſi neruis obeſt eos humectando urina tamen ꝓ uocat:renes ac ueſicã purgat adiecto ſemine. Sunt qui dicãt peponũ maliciã potu oxizacchare aut oximellis ſedari ac com primi. Alii aquã ut ut Auicẽna proponunt:alii uinũ. Sentiam ego cum natura quæ poſt eſum peponis uinum & q̃dem opti mum appetit. Q d̉ quaſi quoddã antidotũ ẽ cõtra peponis fri giditatẽ & rigorẽ. Hoc ãt fructu Albinus Im̃pator adeo dele ctatus eſt ut & centũ p̃ſica cãpana:& decem pepones hoſtiẽ ſes una cœna comederit.

❡ De cucumeribus:

Vcumeris uis & natura prius fuerat explicanda:cũ

aſſerat Plinius Cucumeres magnitudie excedentes pepones uocari. Decepit me ingenue(erratũ fateor)uoluptas quæ ex eſu peponis capitur. Nũc.n.nõ cucumeribus ſolũ: ſed cui ius edulio antepoſuerim ſemp. Cucumeꝝ tria ſunt genera maior liuidus eſt & minus nocens. nam & aluũ ſoluit & ſua frigidita te ſtomacho æſtate præſertim uidetur accõmodat9. Folia ei9 uino trita uulneribus medet̃ quæ caninus morſus impreſſit. Eius ſemen ex uino dulci datũ ueſſicæ laboranti ſubuenit. Citrinus quẽ noſtra ætate a colore citrulũ uocat frigidos & noxios generat humores. Vnde febres autũnales oriunt̃ ꝗ diuti9 ꝙ oporteret iu ſtomacho morentur. Huius ſemẽ tritum & potui datum febricitantes iuuat: dum ſitim extinguit. Anguine9 omnium nocentiſſimus eſt: unde: & rrcte ab angue nomẽ accepit: cuius uim Collumella his carminibus explicat.

Liuidus at cucumis grauida qui naſcitur aluo.
Hyrus: & ut coluber nodoſo gramine tectus
Ventre cubat flexo ſemper collectus in orbem.
Noxius exacuit morbos æſtatis iniquæ.

Duo illa ſuperiora genera ablata cute erutoq; ſemine teſſelatim cõciſa ex ſale & oleo & aceto comeduntur. Sunt qui ad reprimendã frigiditatẽ aromata cõciſis inſpargãt. Anguineum hetruſci qui maxime pomis & oleribus delectantur abraſa & cute lanugine cum ſale tantũ deuorãt. Cucumeres Tiberius princeps adeo auide cõcupiuit. ut nulla non arte alieno etiã tẽpore eos quæſierit. Hos teneroſ adhuc menſtruoſa mulier primo tactu necat. tanta eſt eius morbi uis.

❡ De Chryſomalis.

c Hryſomola ego illa eſſe crediderim: quæ Virgilius Aurea mala uocat; & ſi Theocriti carmen: Vnde

Maro ſuum tranſtulit.nõ idem ſonet inter.cotõea hoc quoq; a Plinio numeratur.Q ð autem aureũ magis appellẽ quã hoc haud ſatis ſcio. Sunt qui hæc inter perſica cenſenda putant: moti credo colore.Facit aũt ſapor & uis ne uerum id eſſe credam.Prima menſa ſumpta præcipue neapolitana.quæ in præcio ſũt cum aneſo & paſſulis uel ex uino meraco aut defecato melle ſtomacho minus nocent.Poſt cibum uero ad putrefactionem cito uergens humores generat pituitos.

❡ De Ficis.

f Icus ſola ex omnibus arboribus non floret.lacte fructum producit.Huius uaria ſunt genera.Eſt ficus alba ex fœlicibus,contra nigra ex infœlicibus arboribus.fœlices arbores putantur eſſe quercus eſculus ilex ſuber fagus corylus ſorbus pirus malus uitis pruna cornus lotus.Ẽ & chia a loco coctona a ciuitate Syriæ nomẽ ſumentia:Aphricana prouincia dicta.unde nomen accepit hanc ego illam eſſe arbitror.cuius pomum Cato tertium punicum bellum quærens in ſenatum anxius detulit interrogãſq; patres conſcriptos & eos maxime.q Carthaginem uirtutis Romãæ materiam ne quaquã delendam cenſebant.Q uam diu inquit pomum hoc ex propria arbore demptum putatis?cũ in er omnes recens eſſe conſtaret.At q̃ tertium ante diẽ ſcitote Carthagine decerptũ eſſe tã prope nos habemus hoſtem.Statĩq; ſumptũ tertiũ punicũ bellum.quo Carthago Romãi impii quondã æmula deleta eſt.Sũt itẽ quæ ab inuẽtorib9 ſumpſere noĩa:ut liuiana calphurniana pompeiana.Sũt præterea ſerotinæ precoces biferæ duricoriæ:quod tarde quod citius coquantur quod bis in anno ficos producũt.quod corio duro obuolantur. Eſt & numidica & mariſca & carica.groſſuli ſecundum Macrobiũ

appellantur fici:quæ non matureſcunt.Albinus enim de Bru
to loquens groſulos inquit ex melle edebat tanquam ſtultus.
Fici recẽtes cum ad caliditatem & humiditatem tẽdant matu
ræ præſertim non adeo nocent:licet omnes fructus malos ge
nerent humores.epilenticis enim ſiccæ conferunt pulmonem
pectus ac guttur catarro exaſperatum leniunt:opilationes epa
tis & ſplenis operiunt hũores groſſos e renibus & ueſica eiici
unt:corruptum ſanguinem ad cutem pellunt creber tamẽ eo
rum uſus pediculos generat.Fici precoquæ pernicioſa humi
ditate abundant & ob hanc rem deſiccari nullo modo pñt.
Hunc.enim fructum biferæ q̃ſi fecẽ naturæ ſuæ efferũt:quo
maxime delectatus ẽ Auguſtus Magnus pompeius mithri
date deuicto in ſcrinio eius inuenit ipſius manu ſcriptam com
poſitionem qua.ille præſumpta aduerſus omnia ueneficia in
totum diem tutum ſe incolumenq; præſtabat in qua iuglans
una fici duæ ſiccæ potiſſimum.rutæ folia uigiti ſalis granum
in unum contunduntur & deuorantur a ieiuno.Eſt & caprifi
cus exſilueſtri genere ficus nunquam matureſcens:Fici cum
peciolis quantum fieri poterit longis illæſis recentes in melle

Platynæ de honeſta uoluptate Liber Secundus.

QVi de agricultura ſcripſere arborem a frutice ita
differre dixerũt ut frutex ab herba.Eſt enim fru
tex.qui ad iuſtam arboris magnitudinem non aſ
ſurgit& ſtatura multis herbis perſimilis.ſed nõ
demoritur neq; areſcit ut herba.perennis eſt ide
fruticari dicimus naſci ex frutice Fructus prætera quadrifariã
diuiſcere:accina dicentes uuam:grana ederæ.grana ſãbuci:
grana ebuli.grana mali punici.additur etiam morum:& quic

quid his ſimile :Inter baccas uero fruct9 Lauri· Oliuæ Corni: Loti:quam fabam ſyriacam uocant.Mirti. Lentiſci:ſimilium ꝙ Plinius cæteriqꝫ nnmerabāt Inter nuces omne quod foris duro tegitur cortice & intus habeat quod eſui eſt. Poſtremo ea omnia uel mala eſſe dicebantquæ foris qđ eſui eſt habeant dura intus includāt Ob hanc diſtinctionē affirmant quidam perſicū inter mala nūerādum

ℂ De Malis.

d E malis igitur dicendum nunc eſt & maxime de his quæ ante cibum cōeduntur:Auſtera & ſtiptica poſt epulas tutius aſſumuntur.Sunt autem malorum ge nera plura de quibus ſuo loco dicetur.Dulcia & cito mature ſcentia:qualia ſunt orbiculata præcocia melimella:quæ omnia fere ſtomachum & aluum ſoluunt prima menſa ·ſunt come denda.Diaſcorides quod adeſtiua mala pertiet hoc ſenſit.Ea credidit pituitam nutrire felis ardores excitare: inflāmationes mouere:neruoſis partibus minime conuenire.Galienus uero non omnia reiicienda pronunciat:ſed ea tātum:quæ aut aquei ſaporis ſunt: aut aſperi atqꝫ acidi. Dulcia autem & matura. quæqꝫ hyeme cuſtodita ſuauiter fragant.inflāmationē tollunt ſtomacho nauſeanti ſuccurrunt.& appetētiam inducunt Ma la autem frigida eſſe & humida ex eo maxime depræhēditur ꝙ ſuccus ex his expreſſus facile tranſit in accorem: Hanc ob rē quidam cenſure huiuſmodi fructus bono ſtomacho ante mē ſam non nocere:cum uentrem hūectent.& ꝓcordia refrigerēt

ℂ De Pyris.

p Irorum naturā Diaſcorides ſtipticam tradit:& ideo contrita & appoſita impetus omnis incurrentiū hūo rum auertunt:ſanguinem ex naribus & uulneribus fluētum

ſiſtunt. Ex his quedam ſunt dulcia. quedam auſtera: quedam acida. Dulcia cum ſint aq̃tici & ſoluti ſaporis: cunq; inter frigidum & calidũ cõſiſtant utpote parua ille & ocyſſima. quæ Pli: ſuperba innuit appellari. ante cibum danda ſũt Hæc nos uero atica lingua moſcatina ab odore uocamus Dentur item alia ſi quæ ſunt his. ſimilia. Stiptícia uero & acida quorum magna turba eſt. ſecundæ menſæ reſeruentur q̃a ante cibum ſumpta aſtringunt quod ualitudini contrarium eſt. Annotatũ eſt etiã pira præter alia poma corpus nutrire Piro magna certe ineſt uis: nec in fructu ſolũ uerum etiã in radicibus & foliis cũ fungis ac boletis in cocta uenenum ſi quod ineſt tollunt. Decocta folia uulnerib9 medent Semem ãt pirorum cum melle tritũ ac ieiunis traditũ. dolorẽ iecoris ſubmouet cõdiunt autẽ pira totidem mõis. quot uuæ mala: pruna pſica cytonia. Poma item oĩa p cõmode ſeruant. ſi pomaria. i tabulatis poſita feneſtras ab auſtro ad ſeptẽtrionẽ uergentes habuerim Subſterni ſtramẽtis ac paleis debẽt: ne humore nimio. qui ex contractu oritur fringeſcant.

De Vua.

q
Vi uuam quaſi uuidam ex abundantia humoris etymologia notauere. recte nihil feciſſe uidentur cũ maximus ide per fluat humor. quod muſtum prio mox defecatum uinum appellat. Vuã ex arbore naſci non auſim dicere cum non plane ſit arbor. eandem quoq; fruticem dicere iniuria eſſet. Teneat igitur tanquam res præclara medium qdam. nec ẽt ut qbuſdã placet acidis patiatur aſcribi. ut grana hederæ. & grana ſambuci. his enim omnino diſſimilis eſſet ſi uinaceis careret quod fieri profacile poterit: ſi columellam imitatus. malcoleũ findes: ita ne gẽmæ ledant: medulãq; om

nẽ erades:tũ demũ in ſe in cõpoſitũ colligabis.ita tñ negẽmas aliges in terram deinde ſtercoratam deponens:& rigabis. Adulta uitis uuas tibi ſine uenaceis præſtabit. Vuarum genera mnlta ſunt. A minea regione. Aminei enim fuere ubi olim falernum:Appiana ab apio. Bumaſtha a ſimilitudine mãmæ babulæ:Mareotis:precox nomentana:precia:pſithia:lagea:& leporaria dici poteſt. Sunt & alia plura:quæ enumerare lõgum eſſet. Vuarum maturaſcentium uehementiores nigræ: ideoq; uinum ex his minus iucundum:ſuauiores albæ: Vnde uinũ gratum ſit. Inter omnes auctores conuenit ficos & uuas bene maturas cæteris fructibus:qui crudi eduntur minus inſalubres eſſe:& ſumpta prima menſa fere non nocere. Vua ſi quidem matura:& quæ decepta diu:aut ſaltem dies quattuor pependerit.& ſuauis & dulcius editur.obeſa enim refrigerat: neq; faſtidium mouet. Recens autem deuorata ſtomachum: ſpiritum:aluum inflatione perturbat.capiti nocet:lethargium facit: Non ſunt uinacea dum comeduntur dentibus cõterenda:quia & difficilius coquuntur.& deterius nutriunt. In uino dulci:ut fieri ſolet conditæ uuæ caput tentat. Penſilibus ꝓxime habeantur:quæ in pallea ſeruantur. Sunt qui eas in aceruo uinaceorum conſeruent:uerum comeſſe caput & ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamen aluum ac ſanguinem excreantibus utiliſſimæ ſũt. Virides item hoc modo ſeruabis:uuas de te illæſas accipies:& aquam fluuialem ad tertias decoques: quam & una cum uua in uaſculum mittes bene gypſatum ne exhalet. In locum frigidum: ubi ſol acceſſum habere non poſſit unas tepones:& quando uolueris uirides iouenies.ipſam uero aquam ſi uoles pro hydromell) ægroto dabis in ollis ſeruatæ:ac eſui ſumptæ: ſtomacho auiditatem excitant: Extat & lambruſca; quam Græci Ampeloſagriam uocant

cuius acina deſiccata ad medelã ſeruãtur. Paſſũ optimum ſic fieri Columella præcepit: Vuã præcoquẽ bñ maturã legere: acina acida, haud uicioſa reiicere quæ bona ſunt in tabulatum qddã extendere: uinoq́ inſpargere: ſeruata uſui multis i reb9 eẽ cõſueuit. Paſſulæ uino lotæ: & præcipue quæ ſine uinaceis ſunt: ut corinthiæ & narniẽſes ante & poſt cibum ſumptæ ſtomacho atq́ epati opitulant̃. Ex uua cõcocta in ahenoſapa fit ex puro & expreſſo muſto in defrutariis uaſis defrutũ. Muſtũ. n. decoctũ defrutũ uocat̃: unde & defrutare muſtum coquere dicimus. Sapa tamen defruti uce nõnũquã utimur i comedendis pomis ac pyris.

De Malis Punicis.

S Vnt & mala quædã: qbus & ante cibum & in cibo maxime uero cũ aſſis & frictis carnibus utimur. ex his eſt malogranatũ: qđ: & punicũ uocat̃: cui9 multa ſunt genera quæ enumerare ſuperuacaneũ nunc eẽt. Sufficiat tantũ de eorum qualitatibus dicere. malo punico uim ſtipticam ineſſe omnes fere medici una opinione conſentiunt. Quadrifariã tamẽ diuidi poſſe uident̃. Dulcia. n. cõtinere aliqd caloris natura ipſa arguit: & ante cibũ comedẽda ſunt: q̃q̃ inde inflatio quẽdã uritur: quã Græci.
appellant. Acida ſtomacho accõmodata ſunt: & urinã mouẽt pulmonẽ refrigerãt: iecori blandiuntur. Si mala ipſa nimium acida uidebuntur: emendari hac rõne poterunt. ſtercore ſuillo & humano urina quæ ueteres radices arboris irrigabis: dulciorem fructũ inde poſtea ſumes. Violentã mediã quandam uim inter illa ſupiora ſibi uendicãt. Acerba pigmento ſtomachum uocatur magis apta q̃ eſui ſunt: tunc oris uici a narium aurium: oculoq́ ſanat. Recte igit̃ tradere qui negaret punico malo corpora noſtra nutriri: cũ eorum uſus mediciæ magiſq́

cibo cōueniat. Qui ualidi ſtomachi ſunt ea tuti9 ante cibum ſumēt:q̄ qui imbecillis. poſt cibum uapores ad caput aſcendē tes reprimūt. & fere uim coctoneæ hn̄t. aut prelouinū quod i multis eduliis utimur reddunt. Poſtremo uero teſta eiuſdem mali ſicca & in puluerē redacta multis incōmodis medetur: ut pote aluo ſolutis ſi trita ex merore potui detur. Sanat & uulne ra genitalibus ob calorē nata. ut mala punica diu ſeruentur, in aquam feruentē merge: & ſtatim leua ac ſuſpende.

¶ De coctoneis.

Octonea dici de malis loq̄mur: & non coctona Var ronis ac Pli. auctoritate manifeſtū eſt: qui coctona i ter ficus cōmemorant: Omitto eoꝝ opinionē qui ea cydonia a cydōe ciuitate Cretæ appellauere: unde & cydonia ſpicula ſūt dicta. Coctonia ergo ſiue cydonia uel citonia ſunt uocāda: cruda & matura dyſentericis & colericis hanc ſangui nē excreantib9 optie dant̄. aluo ſolutis uero itē proſunt deco cta: q̄ amittāt cōſtringentē illā uim ſucci. Infuſa p̄terea ex uio uel aceto ſtomachi dolore: & inteſtinoꝝ fluore uexatis opor tuniſſimæ cōferūt: falluntq̄ languentiū deſideria: & ſpecie & guſtu & odore cuiuſlibet uini ueteris ſimilitudinē repræſen tant: Seruari diu mala coctonea recentia hoc modo p̄nt. Eligā tur ſine uicio cū ramulis & foliis condita in uas: ac melle & de fruto ſuffuſa diutius uiridia durabunt. Cōdiri ē͠t matura hoc modo poſſunt. Depilata ac in fruſtra cōciſa nucleiſq̄ e medio ſublatis in quam cæleſtem ponuntur: ubi tandiu mutata tamē aqua relinqui debent: donec ſtipticitatē illam amiſerit: eluceāt q̄ tanq̄ cornea. Elixentur deinde & ſemicocta ex aheno abla ta in linteum album & mundum ſuper tabulam extendantur donec aqua exſiccetur. In cacabum deinde cum melle poſita tamdiu ebuliant quouſq̄ omnino coquentur. Cocta rurſū lin

the extendes:& fere ſicca ad umbrã non in ſole:in ollã repões ſuperinfundeſq; mel bene defæcatũ & tepidũ.Hoc modo fere condiuntur cucurbitæ:citra mala medica:quæ uulgo narãtia uocam9:pyra poma:qb9 nõnulli aromata inſpgi uoluerũt ut chariophilũ:cinamũ gingiber trita:& cribratã.Malo peponũ coſte unde cõditura fieri ſolet:in aceto macerant̃ dies quatuor:poſtea uero q̃ in lintheo aliquãdiu reſederint mutato aceto iteꝝ coctæ:ac rurſum in linteũ extenſe donec refrixerit i ollam reponuntur:ſuperfuſoq; melle optime ſeruantur. Hæc i prima menſa uariis temporib9 comedi ſolent.Hyeme cytrũ & narãciũ:Aeſtate cucurbita:pepones coctonea.Sed coctoneoꝝ hæc uis eſt:ut ante cibum ſumpta aluum aſtringunt: & concoctionem ac lubricitatẽ uentris tollant niſi bifariã diuiſa nucleiſq; exhauſtis ſuperinfuſo ſaccharo coquant̃.Tunc enĩ deſideriũ edendi inducunt.& ſumpta caput ebrietate defendunt.Poſt cibum uero ſtomachum ſigillant:concoctionẽ adiuuant:& aluum mouent:ſi auidius deſumpta fuerint.

¶ De Citro.

Itrũ uel citreũ Cloantius & malũ perſicũ a prouĩcia uocauit:At Virgilius Homerũ imitatus longa periphraſi citrum circũ ſcripſit.Felicis mali quo non præſtantius ullum pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ.Miſcuerunt herbas:& inoxia uerba.Nemo enim dubitat hoc de citro dictum cuius uaria habẽtur genera.Alia enim ſunt:quæ ſylua cõfinis mauritaniæ producit.Alia quæ in italia & media naſcuntur.Omnium tamen magnitudine potius quam genere differentiũ eadem fere uis eſt:Odoratiſſima enim ſunt:& ueſtibus interiectas tineas necant.Vnde & odorata ueſtis citroſa à Neuio uocatur.Generantur autem in perſide omni tẽpore alia enĩ præcarpuntur:alia interim matureſcũt.Putatur

etiã in uenenis cõtraria ꝙ trita cũ uino purgatione uiriũ ſuarũ bibentes ſeruant. Non tamẽ una eademq; uirtus in oibus citri partibus ẽ. Putamia.n.calida ſunt:ꝙ intus eſt ſemiacidũ:ac ꝑ hoc ſtipticã uim habere manifeſtũ ẽ: Aſſis & calidis obſoniis adhibent̃ oi tpe:æſtate tñ præcipue:& bilẽ reprimũt:ſitim extinguunt:& deſideriũ edendi inducũt. Multis ægritudinibus citreauis medet̃.nã & ꝑgnantes mulieres a nauſea uendicãt. & tritũ in potione uini datũ:lieni ac querelis corporis medet̃. Sunt qui citrũ taſſalitim conciſſum ex ſale oleo & aceto comedant. De malis citreis uel medicis:quæ uulgo narãcia uocamus:eadẽ fere dici poſſunt. Veꝝ quia q̃dã dulcia:quædã acida ſunt:ueſcẽdi rõ ex ſuperioribus præceptis repetat̃. Dulcia autem cibum quo uis tpe ſumpta ſtomacho cõueniunt. Nec nõ acida ſi ſaccharo fuerint remolita:ꝙ fit ſublato corio: detractiſq; mẽbranulis.

¶ De Palmis.

Palma multis in locis naſcit̃:ut hodie in Italia in maritimis hiſpaniæ locis in Africa licet cernere: Subuloſa ac nitroſa terra gaudet:unde in iudæa percõmode naſcitur:fructumq; uberiorẽ & ſuauiorem reddit:cui a forma oblonga: & in medio dorſi quẽda quaſi nodum aſſumere dactili nomẽ impoſitũ arbitror:ꝙ digito ſit ꝑſimilis. In aluo media fiſſura eſt:q̃ imuli umbillicum appellãt. Inde ſpargi radicẽ:cum plantant̃ aſſerunt. Sine mare qui haud lõge plantari debet infœcunda habetur: Vnde exciſo mare ſtatim ſterileſcunt. Naſcuntur ãt palmaꝝ fructus non iter frõdes ſed iter ſurgentes ramos. Palmæ uis calida ẽ & humida: melior alba: q̃ aut nigra:aut rubens. depilandæ mẽbranulæ ſunt quæ carnem ab oſſe diuidũt. deuoratæ.n.grauiorem cõcoſtionem faciunt. Oſſa item offerenda ne Alexandri milites. q̃ auidius uiri des palmas comedentes ſtrãgulati ſunt imitentur. Dulciores

enim ante cibum ſumpti.& ſi facilius concoquuntur & aluũ monet ſplemi tamen dentibus atq; epati aduerſantur.Palma(ut ait Gellius)tante generoſitatis eſt.ut ponderi noncedat.ſed ſurſum uorſum nitič:& ob eam rem uictoriæ ſinum habent. quoniam huiuſce naturæ eſt urgentibus oprimentibuſue nõ cedat.

De Meſpilo

n On fuit meſpilus in Italia Catonis æuo.Radices hæc arbor profũde & late agere dicitur.Hanc ob rem fere in extirpabilis habetur.Gallica meſpila cæteris præſtantiora ſunt quorum ſemen auſterum quidem ac folia proprietate non carent.Ante cibum ſumpta meſpila uehemẽter diſſolutum ſtomachum aſtringũt:fluxus alui immodicos fortiſſime reprimunt:ob frigiditatem & ſiccitatem:dentium doloribus medentur:folia quoq; eius & cortex,itemq; radices tunſæ & impoſitæ feruori ac tumori ſubueniunt.ſicca & trita cũ melle ad cicatricem uulnus adducunt.Eorum ſuccus cũ uino hauſtus:ueneficis potionibus repugnat.

De Sorbis:

ſ Orbis triplex differentia ineſt.Alia enim ut mala rotunda ſunt.Alia turbinatiora.ut pyra.Alia ouorum figuram obtinent.Laudantur a medicis ſorba medicamentorum potius quam cibi gratia.Et ut alba adhuc & ſemicruda ſtomachum prægrauant:ita matura faſtidium pellunt. uulnera itraneis innata deliniunt Aqua uero in qua decocta ſũt ſorba potui data:cum uini auſteri fere cũ ſapore naturam imitetur.dyſentericis medetur Sorba ſole macerata ac in ſapa cõdita.ut coctone & pyra ſecundum Catonem diu durant.

De Cornis

c Orna quæ Vir. lapidioſa uocat:q; foris parũ carnis:

& intus plurimum oſſis habeant inter acina numerata ſupra in cibum parum alunt.tarde cõcoquunť & aluũ aſtringunt:

¶ De Perſico.

P Erſica tota aſia naſcũtur:maxime uero in perſide.unde ad nos tranſlata nomen habent.ſero id quidem factum eſt & cum difficultate: Verũ poſtea ubiq; fere ſponte proueniũt:Fabulas mihi narrare uidentur.q ſcribunt uenata cum cruciatu apud perſas gigni & ob eam rẽ a Cyro inde ad Aegyptios tranſlata:ut quos armis uincere non poterat.ueneno ſaltem necaret.Confugiũt item quos res uerisimilior uideatur ægyptio ſole & cælo mitigata fuiſſe: Hãc autem opinionem inuit Columella his carminibus:Et pomis q̃ barbara perſis Miſerat(ut fama eſt patriis armata uenẽis.At nũc expoſiti paruo diſcrimine læti ambroſios præbent ſucos oblita nocendi Addidit tamen phana ẽ.ne oio rem fabuloſam ꝑ hiſtoria crediſſe uideretur Gallica & aſiatica q̃ nationum cognomina hẽnt autũno matureſcunt:æſtate præconia habenť Dyrrachina in præcio ante alia ſũt.Recentia ſeruari hac rõne poterunt.Optima eligito & mittæ in muriam.poſtera die exime & purgabis diligenter.ac collocabis in uas fũdens ſalẽ acetum ſaturegiam:Perſicorum cibus propter humiditatẽ & frigiditatem ſtomacho ĩutilis habeť cito enĩ inaceſcitat in phlematicos uertitur humores Eorũ uſus quem negant medici mẽbra nutriri ad ephimeras iter facit.Matura tamen ante cibum ſumpta appetentiam inducunt.urinam mouent:aluum lubricant.fetorem oris medentur.Sicca poſt cibũ manducata & ſi nihil nutriunť ſtomachi tñ ſigilla habentur quod aſtringunt. Sunt qui dicant ſtatim poſt perſica ante cibum ſumpta uinũ optimum bibendum eſſe.nec continuo putrefiant.Non imꝑbatur etiã eorum opinio qui aſſerunt poſt cibum comedẽda ꝑ

ſica teſſelatim conciſe. & in opitio mæro reolita quod os ſtomachi & ſupiora orificia refrigerant. Hoc autem fieri debet ubi ex aſſis cœna præceſſit. Folia perſici trita & impoſita uentri lūbricos aut expellunt aut perimunt. Eadem ſicca & in puluerē tunſa recentes plagas cruentorum uulnerum claudunt Nucleus perſicorum cum oleo tritus capitis dolori medetur.

ℂ De Oleo.

e Xigeret nunc menſaꝝ ordo. ut de conficiendis ac coquendis plumetis ratio ꝑberet̃. Veꝝ cū oia fere obſonia mixta ſint de quibuſdā ſimplicibus ad hanc rē pertinētib9 prius dicendū eſt ac primū de olea atq; oleo. Olearū gn̄a ſunt plura. Cōditiua. pauſea radi9: horchites. q̄ de oliuitate optie condit̃. (ut ait Varro) ſalentina: termucia cōditiua grandior & eſui optia: ut nunc bononienſis. & picentina acerba ſcinditur utriq; gladiolo & in frigida aqua tandiu macerat̃ donec amaritudo cum pinguedine euanuerit. i ſeriam deinde aut in ligneum uas repoſita ſuperfuſa aqua cum ſale & feniculis decocta ad tempus ſeruatur. Comeditur cum piſcibus & carnibus aſſis. ut uel faſtidium leuet: uel deſiderium indicat Difficilis cōcoctionis eſt ac parui alimenti. humores generat craſſos & glutinos Sumpta externa menſa exhalationes ac caput reprimi. De reliquis. commodius fiet oleum. trapeto ut a quibuſdam ſolet uel mola: quod utilius ē. uel ſolea quod difficilius. In ficis reponitur oliua. pleriſq; ſubicitur exprimiturq; tādiu donec ſampſæ aride amplius præſtant. Id olei quod primū exit. ſi non ex fraceſcentibus oleis & nimium maturis ac concalefactis fuerit ſuauius eſui eſt. Hoc Pli. omphacinum uocat ὀμφακα enim uuam immaturam Græci appellant: quod genus ole ad frigiditatem & ſiccitatem tendit. Seruare oliuas uirides: ut quouis tēpore oleū facias: hoc mō poteris. Oliuas de

arbore ſublatas:in mel demerges:auferesq; tales quo uis tẽpo re quaſi mox de arbore redẽptas:de quibus ſi uoles oleũ uiri de facies. At quod ex maturis exprimit᷑:& ſi pinguis & grauio ris eſt:tamẽ utilius omphacino ꝓpter tẽperatas qualitates ha bet᷑. Ad caliditatẽ.n.& humiditatẽ tẽdit. Vendicari tamẽ a ni mia pinguedie oleũ ſale illitũ põt:gratiuſq; fiet:ſubtracta e fũ do dolii amurca.omnes.n.feces olei ac uini ad fundum tẽdũt: ut mellis ad ſummũ.unde & oleum melius in ſummo:qa ex halationes amat.uinũ in medio:mel in fundo eſt ꝓcul omni fe ce.Olei uis eſt corpus tepefacere:qua re cognita Hannibal in Romanos ducturus acies.ad trebiam frigida hyeme corpora militũ ad lenitatẽ & robur inunxit & uicit.Cõtra algores oleũ mirifice iuuat:Potum ieiuno ſtomacho:aut lũbricos iterficit: e uẽtre pellit.Præterea uero cõtra uenenũ pro antidoto habe tur.Ex aqua enim calida potum uomitu uenena fugat:Sũt & alia plura genera ficticii olei:que con ſulto prætermittũtur:qa nihil ad rem noſtram faciunt.

¶ De melle.

m Agna apibus cura & ſollicitudo conficiendi mellis: & cere ineſt:maior conſeruandi. Vnde Maro recte eas parcas appellat. Nõ.n.liguriũt ut muſcæ caſtiſſi mæ prætera habentur.Inquinatis enim locis.aut qui male ole ant nulla apũ aſſidet. Tã q olet unguẽta q uinolenta & recen ti concubitu fetet q̃ q aleũ:redolẽtia ſapit pũgit᷑:& ab aluearí bus q̃ab aluo ſecũdũ Varronẽ ſunt dicta:facto agmine fuga tur.Legẽ habẽt ad ſimilitudinẽ optimi principis.ad quem oia deferunt᷑. Hoc præcedente aut delato ſe nequit uolare:de lo co ad locũ ꝓficiſcuntur.Caſtra hoc eſt aluearia ponunt. Api bus naturale pabulũ eſt roſa:ſerpilum:apiaſtrum:papauer: faba:lens:piſum:ocimum:cythiſus.Ex his enim rorem ma

tatinũ:unde mel & florẽ:unde cera conficitur colligunt. Optimũ tñ mellificiũ ẽ:ꝙ ex thymo fit:& ob hanc rẽ ſiculum mel & atticũ palmã fert:ꝓpter thymi abundantiã & ſuauitatẽ.De melle põtico & hiſpano:in quo ueneni uim ineſſe quidam auctores ſcribũt:nõ attinet dicere id enim quærimus ꝙ ad uoluptatem facit.Mel ſolũ eſt:quod ĩ ſũmo ſecere expuit hoc quo grauius eo melius eſt.Mel contra uinũ laudatur:hoc quod uetus & humectum:illud ꝙ recens & calidũ in prætio eſt.Decoctum crudo melius habetur:neq;.n.adeo inflat:aut præcordiorum dolores ac bilẽ auget.Aeſtiuum autũnali meliꝰ ẽ.corporibus frigidis & humidis conuenit.multis ægritudinibus medetur. Corpora putreſcere non ſinit:In conditura malorum:cucurbitarũ:citroꝝ:& nucũ optimum habetur.Oris deſideriis & in multis obſonis facit ſatis.Ex hoc oxymel & hydromel:quã eandẽ uel aquam mulſam licet appellare cõficit̃:quæ tuſſientibus ꝓcõmode datur.Mulſum ego fieri etiam ex uino & melle teſte Plinio crediderim.

¶ De Saccharo.

SAcchaꝝ fert non arabia ſolum & india:ſed Creta & Sicilia:qd' pli.mel ex harũdinibus collectum uocat Fragile id quidẽ dũ terit' aut ſubiicitur dentibꝰ.Hoc certe q̃to cãdidius:tãto melius:qd' ꝑfecto ex longa deputatione fieri conſueuit:unde probabilius ter aut eo amplius incoctum dicimus.Calida eſt eius uis & humida:hoc fit ut bñ nutriat.ſtomacho profit:eius aſperationes(ſi qua inſunt)leniat. Hoc ut arbitror ueteres ad medicinæ uſum tantũmodo utebantur.Et ob hanc rem nulla ĩ obſoniis eorum de ſaccharo fit mentio.Caruere illi quidem magna uoluptate cũ nihil ex his quæ eſui dantur tam inſipidum ſit qd' ſaccharum non condiat.Hic natũ ẽ illud crebra uſurpatiõe ꝓuerbiũ.Nullũ genus

edulii addito ſaccharo inſipidius reddi. Liquefacto hoc amigdalas remolitas aqua mundas nucleos pineos auellanas coriādrum aneſum cinnama atq; alia plura in bellaria redigimus. Tranſit tum ſaccharum fere ī eorum qualitates, quibus in cōfectione adhæſerit.

De Lacte.

Ac ego αποτου γαλατοσ deriuatū puto. primū quod ex fœtis animalibus mulgetur coluſtrum appellatur. Id autem iō abiicitur. quia lactētibus nocet: Sunt q uim lactis tēperatā putent: qđ ad frigiditatem & hūiditatē parump declinet. Et ob hanc rē lac bene nutrire multū ſanguinis generare: cū ſanguinis ſit ex uberibus & māmis expreſſus. cerebrum fouere: ſtomacho & pulmoni prodeſſe: genituram augere inter omnes medicos conſtat. Non idē tamē ex oibus aialib9 mulget lac omitto mulibre: quo ī medicia tm̄ utimur. Talem prope uim lac habet: qualē animal unde mulgetur. Optimum caprinum habetur. qđ ſtomachū adiuuet. epatis oppilationes tollat. aluum lubricet: In ſecundo loco erit ouillum. In tertio bubulu. Melius uere q̄ æſtate: rurſum æſtate quā autumno, haud hyeme. Stomacho ieiūo ut exit ab ubere uel tepidum bibendū eſt. & tādiu a reliquo cibo abſtinendum donec in ſtomacho reſederit. Coagulatum ac pria menſa hauſtū uere & æſtate minus nocet Nā poſt cibū ſumptū (ut fere ſolemus) aut ſtatim putreſcit: aut ſecū alterum cibū incoctū ad ima trahit. Quieſcendū eſt item poſt q̄ deſumptum eſt ne in ſtomacho quid ex agitatione fit coaceſcat. Imbibitū aut cū ſaccharo melle a putreſcētia ꝓhibetur repurgato & ieiunio ſtomacho bibendum dixi. qa in eos humores. quos pricipes in cibi receptaculo deprehēdēt. facile conuerti ſolet. A nimio lactis uſu cauēdū tñ eſt. nā & aciē oculoꝝ hebetiorē red-

dit & calculos in renibus & ueſica generat:Sero caprino ꝙ ex lacte ſublato caſeo fit ꝓ medicina utimur:ꝙ epar & ſanguinē refrigerat:ꝙ pharmacis uiam ad purgandum corpus faciat.

De Caſeo.

e T ſi caſeo in tertia menſe ueſcimur:tamen hoc loco eius uis explicanda fuit:cum ex lacte:de quo nunc dictum eſt:Fiat.In multis etiā eduliis conficiendis hoc crebro coqui utantur.Coagulatū lac nō multo coagulo ne caſeus(ut fere ſemp cōtingit)acorē concipiat manu factoris: & nō macilenta & calida:ſed ſub pingui & temperata in pilā:redactū ex aheno in formas uel calathos uel fiſcellos reponatur exprimaturꝙ tādiu:donec ſeꝝ penitus exierit. Salitus caſeus in locum fumo aliquantulū obnoxiū repōat̃:ubi ſalē cōceperit:& ætatis aliquid adeptus erit:eſui non incōgrue dabitur.caſeo dignitas a locis & pecoribus acceſſit:ut de lacte dictum ē: Duo ſunt hodie caſei genera in italia:q̄ de principatu contendunt:ut marceolinus:ita enī hetruſci uocant:ꝙ menſe martii factus ſit in hetruria.& parmenſis in ciſalpinis quem eundē maialē a mēſe maio licet appellare.Qualitas caſei ex ætate depræhendit̃.Recēs algidus eſt & humectus:ſalitus & dur9 calidus & ſiccus.Recens caſeus bñ ac multum nutrit:calorē ſtomachi reprimit ſanguinē excreātes adiuuat.phlegmaticis omnino nocet.Vetus difficile cōcoquitur.parū nutrit: ſtomacho ac uentri aduerſatur:bilē facit:podagrā dolorē laterum: harenulas & calculos generat.ſumptum poſt cibum quātum uis parum cū os ſtomachi ſigillet:& faſtium pinguium eduliorū tollere:& coctioni ac capiti prodeſſe aiunt

De recocta.

s Vblato ex aheno caſeo: ſerum tamdiu lento ignem concalefacimus:donec ad ſummum id pinguedinis

nata uerit.quod reliquum caſei fuit.recoctam id ruſtici uocāt quod ex lacte ſecundo cōcalefacto colligatur. Cādida eſt:nec guſtui inſuauis Inſalubrior recenti ac mediæ ætatis caſeo habentur melior tñ habētur uetere:& nimium ſalito.coctā ſiue eandē recoctā libet appellare:multis pulmētariis herbaceis pcipue coq admiſcēt. ¶ De Buuiro.

Vtirum ex lacte hoc mō fit Emulctum lac ex mulb tralibus in uas æneū:qd ab imo coarctatū ſorſū uorſum in latitudinē cāpanæ ſurgit diligēter percolatur. Ex quieta & hūidita e nocturna i ſuperficie piguitudo lactis natat hāc ruſtici pannū uocāt.qua lēiter cocleare ſatis magno in uas oblongum inuergūt:rutabuloq; tādiu miſcēt:donec in maſſam redigerit:quam ablata & in leriis repōita ad tēpus adipis aut olei uice in quibuſdā obſoniis utunt:fere oēs qui ſeptētrionalē & occidentalem plagā incolūt:qd oleo indigeāt:quo calidæ & tēperate regiōes abūdare cōſueuerunt. Butyrū calidū eſt & humidū:corpa admodū nutrit & obſeſat.Eius tñ frequēti uſu & ſtomachus lædit:& fomēta phlegmaticæ ægritudini præparat.Datū in cibū cum mūdis amygdalis & ſaccharo:pituitā digerit.& tuſſim frigidā ac ſiccam tollit.Illitū uulneribus ex uenenoſis aialib9 potūq; antidoti & tyriacæ uices præſtat: ¶ De Ouo.

Vum quod ωόν græci dicunt multiplex ē & ex uo o latilibus fere oibus naſcit.quæ oua pariāt eſui accōmodata ſunt anſeres anates pauones ſtruthii & gallinæ:ſed gallinarum meliora ac ſalubriora ſunt. maxime ſi ex gallo cōceperint.quæ uero aut ex uento zephyro:ut quidam uolunt:aut ex propria libidine concepta ;ea minus ſapiunt.ac fœturæ oīno inutilia ſunt.Ouorū uis temperata eſt :& ob hāc rem bene ac multum nutrire medici aſſerūt Ouum bifariam

diuiditur:in alborem & uitellum.albor ad frigiditatem uitellũ ad caliditatem tendit.Albore in purgandis uulneribus.incon ſtringẽdis q̃ laxa ſũt.ut in cõdituris quorũdã eduliorꝝ ac bella riorũ utimur Ad uitella maxime uero recen ia:& quæ ex galli na perdice phaſião ſumũtur non nimium i cocta(ſorbilia eni debent eẽ oua)cor f uẽt ac mẽbra nutriunt In ſanguinem eni purũ:& q coardeat conuertũtur q̃re q inanitate laborãt hoc ci bo repurgato prius ſtomacho:quod facillie in alios humores cõuertit crebo in prima menſa utanẽ Medeẽ & hic cib9 tuſſi exaſperatis arteriis:uocis raucedini:& ſanguinem excreãtib9 Oua ex aceto decocta cũ magis tẽperata ſint:ſtipticaqꝫ fiãt uẽ trẽ conſtringunt.ardores urinæ:renũ ullcera: ac ueſicæ mirifi ce tollũt.At qui multo magis ſi nuper nata ac cruda excuſo al bamento deglutieris.Sapidiona eo magis ſunt oua quo ex gal linis pinguibus:nõ macilentis:ex de paſtis triticũ hordeum mi lium panicũ q̃ herbas ſunt nata.Hyeme paleis æſtate furfuri bus oua præco node ſeruãtur.Quæ in aceto macerata ſunt: ut ait Pli.facile illæſa per annulos tranſmittunẽ. Dura celſus affiirmat ualẽtiſſimæ materiæ eſſe & ob hãc rem tarde cõcoq Quibus in eduliis coqui ouis utantur:ſuo loco poſtea dicetur

¶ De Succidia.

Villa caro adeo humida eſt:ut ſeruari nõ niſi multo ſale poſſit.Animal hoc edaciſſimum eſt.& hanc ob rem ſanguine multum.ac calore abundat:uliginoſa loca ubi uolutetur libẽter incolit ad reprimendũ calorem quo maxime luporum dentes exagitantur dum ſuillam carnem ſe mi uiuam lacerant.Ad fluina igitur cale'animal deferunt:quo feruor ille extiguatur.A nulo brutorum piguedine ſuperatur Affirmat.Varro ſe in arcadia uidiſſe ſuem.quæ p̃pinguedine non modo ſurgere non poſſet.ſed ne amouere q̃dem ſoricẽ q

exceſa eius carnem:nidum feciſſe.ac mures peperiſſet. Sus ubi anicula eſt:quatuor menſibus uentrem fert binis nutricat Porcelli adhuc lactentes nefrendes dicuntur:abeo ꝙ nōdum fabā frendere pnt: ideſt frāgere. Ad annū ubi uenerit.porcus ſalitura nō incōgruit.pridie quā occidat.potiōe prohibere oportet quo ſit eius caro ſiccior deide diligēter ſalire:ne fraceſcat & uictum ſapiat.ne ue tinea & uermibꝰ lædat. Dū ſalſuram facis in fondo dolii aut ſerie ſalem ſternito fruſtra deinde ponito cutis deorſum ſpectet: Tandiu caro in dolis remanet: quod ſalē conceperit In carnario deinde quo fumus penetret ſuſpēdat hic ſumes laridū pro tpe:hinc pnā:hic pēta ſonē:hic ſumē:hic glandiū q̄re nō in merito ruſtici ſalſaturam ſuccidā uocitarūt: ꝙ inde ſuccidi ad eſum multa poſſunt.ut ex horeo fit quē eunde ſecundā ſuccidi die ruſtici appellauere.Colligūtur itē multa ad pulmētaria ex porco nuper cæſo ut adeps.Caro ſuilla tā recēs q̄ ſalita:& ſi guſtū titillat pniciosa tñ oīo ē ac mali ſucci:(ut ait celſus.

❡ De liquamine

l Iquamen ex adipe porci.atq; anſerꝝ hoc modo fit.cōciſum minutū ad carbones ignitos in cacabo pones.ne ſi ad flamam ſuſpenderis fumū concipiat tantūq; ſalis indens:quātū ſatis eſſe putabis.Liquefactū anteq̄ refrixit in ollam repoſitoriam colabis reponeſq; ad uſū ut ubi uoles eo uti liceat.Fit itē liquamen ex anſerina & gallinacea adipe:

❡ De Omento.

o Mentum adipem eſſe annuit Celſus q inteſtinis adhæret.Teſticuli inqt ſimile quidā medullis habent.carēt ſanguie & in oī ſenſu.Tunicæ eoꝝ præſeferūt. Eo deuoluūtur plerumq; aut omentū aut inteſtinum.Hoc genus morbi κηλη græci uocāt apud nos indecoꝝ:ſed cōmune his herniæ nomē ē.Affert dolorē & ſcroto:& inguinibus & ab

domini.Fuere item qui dicerent omētū eſſe pingue durum.
Macrobius uero omentum cathilagini perſimile eſſe dicit.ꝗ
quidem impoſitum oſſi cruciatum.dum ſectionem importat
ſentit quod cerebrum inquit tactu ſuo hominem torquet:uel
frequenter interimit non ſuo ſenſu ſed ueſtitus ſui id eſt omē-
ti hunc portat dolorem.Ex hoc fit genus pulmēti.ꝗ omētum
uocatur.

¶ De Abdomine.

a Bdomen quod græci λαπασα uocant. uentris pars
illa eſt:quæ ab umbilico ad inguina inter carthilagi-
nem & pelem ducitur.Pingue id quidē eſt Satyro
teſte:Motani quoqꝫ uenter adeſt abdomine tardus Celſi uer
ba hæc ſunt.Interdum enim uel ictu aliquo uel retento diutiꝰ
ſpiritu uel ſub graui faſce interior abdominis membrana ſupi
ore cute integra perrumpitur.Erit igitur abdonem.ex quo ſu-
men fit quod idem uulua appellatur nec obſtat id etiam tur-
gentibus porcæ papilis fieri cum circa abdomen mãmæ ſunt
De lucanicis & reliquis pulpamentis:quæ ex ſuilla carne fiūt
ſuo loco dicetur.

¶ De Aceto.

a Cetum ex uino fit:ſi uas fuerit uacuum & non clau
ſum.Aer enim ex uacuo elicit potentiam eius Nam
cum uinum ſemina caloris in ſe habeat.ac uapidum
fiat:tranſit in uicinum quod acetum dicitur adeo frigidum ut
ante omnes humores flamam extinguat.Et qď mirum uideri
poteſt:ſaxa quæ ignis non coxit infuſum.ſtatim rūpit.Qď
Hānibal ad taurinos ſalutis in difficili alpium trāſitu feciſſe le
gitur.Variæ ſunt auctorum ſniæ de aceti qualitate. Ex cali-
dis.n.acutis partibus quidam acetum cōſtare dicunt.ꝗ ex itē
ſa ipſius ſiccitate depræhēditur.Quidā uero plus frigiditatis
in ſe q̄ caloris habeř hac ratione cōfirmāt.ꝗ bilem ꝗ ſāguinē

reprimit:quodq; etiã pituitam uehementi acore incidit. Aceti uariam uim ex hoc depræhendim9 quod reb9 frigidis medio-criter additum.frigidiores eas reddit.ſi calidis calidiores.pene-trando enim quod eius maxime proprium eſt qualitates in re bus(u t dixit)auget. Acetum & ſi melancholicis lippientibus ac dolore articulorum laborãtibus.paraliticis.ſpaſmaticis pro pter uiam quam malis humoribus ad neruos:& iuncturas fa-cit obeſt plurimum moderate tamen ſumptum ſtomacho p-deſt eius ardores compeſcendo, ac deſiderium edendi inſtau-rando.hinc fit:ut in cibis primæ menſe eo plurimum utantur Potum ac ſuperinfuſum morſui uenenatorum animaliũ miri fice adiuuat.Peſtilenti anno hoc uti in obſoniis ac odoratorũ uice id pulſibus ac naribus admouere domiciliaq; humectere iubemur. Tollitur aceti frigiditas & uis nimia:ſi cum paſſu lis de coctum fuerit. Liberatũ acerrimo podagræ dolere M. Agrippam ſupremis ſuis annis fuerunt demerſis in acetum ca li dum pedibus,Ex aceto & melle oximel fit,ut alia multa.

De Acore

q Vod agreſtam uulgo dicũt & omphacium Plinii & acorem Macrobii auctoritate dixerim.Omphax.n. ut dixi:uuam adhuc acerbam ſignificat.Q uare igi-tur magis appellem oleum ex bacha imatura ompyatium q̃ agreſtam.q̃ ab omphace fit non ſatis uideo. Acorem uero ita Macro bius exprimit.Acetum acerbius acore ẽ:cuius ui acre ſta uehementiorem eſſe conſtat:quæ temperatius ſtomachi compeſcat ardores nec ita corpus emacrat:& diſſoluit:ut ace-tu m:ſolet Acor reſidenti ſtõacho & æſtuãti ac ſitibũdo epati mire prodeſt Hoc & contra uenena.& in condiendis obſoniis commode & ſalubriter utimur:

NVces eas eſſe quæ foris duro teguntur cortice intus habent quod eſui eſt ſatis cũ de pomis lo- q̄rem ur diximꝰ de gñeribꝰ tm̃ nũc dicẽdũ uꝛ ac pri mũ de iuglande: q̄ uel a iuuãdo & glande dicta ẽ uel ꝙ ſit iouis glãs. eãdem græci baſilicã uocant. Habet enim hoc genus arboris nuces. quæ ſuauioris ſapore: quam glans eſt. Vnde per exochen nuces: tantũ epi- theto adiecto pronunciamus. Affirmat Plinius græcos nuces iuglandes a grauedine capitis uocitaſſe Ait eni arborum ipſa- rum foliorumq́ꝫ uirus in cerebrum penetrare: ſed ad cibũ nu- clei faciunt Sunt autem recentes tuſſientibus inimicæ Eædem præſumptæ cum ruta & ſale. contra uenena & peſtilentem ae re Mytridatis auctoritate mirifice iuuant. Valent item nuclei a ieiuno præſumpti contra rabioſi canis morſum. Putamen nucis combuſtum tritũq́ꝫ: ac ex oleo aut uino capiti infantis il- litum alopeciam tollit: & capillum nutrit: Muſce (ut ait colu- mella) ab auribꝰ canum arcentur: ſi aures amaris nucum cor ticibus illitæ fuerint: Ex nucleis multa edulia fiunt: præcipuæ uero aleatum. quo una cum anoſis ac pinguibus carnibus ad tollendum faſtidium. ad excitandum. deſideriũ ueſcimur Ad hoc tõdendũ deſudat. F. noſter ruſticellꝰ adeo ẽ aleati cupidꝰ

De Amygdalis.

Amygdalum pro fructu uariare genus repperi nã & generis fiminini & neutri legitur. Neutrum ego ana logia motus pronunciauerim. Amygdalus quæ græ ca nux & longa noſtris appellatur circa calendas februarias ſeri debet: quia prima gemaſcit. Eius fructus. quod amigdalũ uocatur. quia primus eſt auide nimiũ a plerisq́ꝫ cum folliculo

deuorat᷑.hinc crebri dolores capitis grauedines oriuntur. Sic ca uero cõtra ebrietatẽ ualent:ſi ante uinum quinqꝫ ſumantur Ex his inflãmationes oriri illo argumento deprehenditur: qd uulpes deuoratis amigdalis moriuntur:niſi aquã in proximo habuerint.Oleum in quo decocta ſunt infuſum capiti: caducos & lethargicos excitat. Vlceribus inueteratis ac canis morſibus trita cum melle ſubueniunt.Renum dolores ex aqua pota extinguunt admixto modico paſſo:qd᷑ ſolet potionis amaritudine linire. Amara enim medicinæ magis:q̃ eſui ſunt accõmodata.Dulcioribus & confectis:qꝫ ſeorſum in ſecũda & tertia menſa ueſcimur.

¶ De Auellana.

n Vcem euellanam:ſeu præneſtinam quã Græci ponticam uocant:ex corylo naſci manifeſtũ eſt.Hæc in cibo ſumpta ob eius caliditatẽ cõmixtã ſiccitati:capiti dolorem iniiciunt.inflãmatione ſtomachum exagitant:corpus tñ maxime nutriunt.Toſtæ diſtillationibus mitigãdis utiliſſimæ ſũt.Tritæ ac ex aqua mulſa potæ etiã uetuſtiſſimæ tuſſis modeſtiã ſedant ex axungia uel adipe contritæ.& alopeciis illitæ capillorum damna reſtituunt.

¶ De Nucibus pineis.

e X nucibus pineis:quæ reſinã hñt diſtractis pinei nuclei eliciuntur:qui in cibum ſumpti humores optios gignunt:ſitim ſedant:ſtomachi dyſcraſiã tollũt:urinam purgãt.Nã cũ uuis paſſis frequẽtius ſumpti uenerem ẽt iacentẽ excitare credunt᷑:eandẽ uim hñt & cum ſaccharo conditi.His crebro nobiliores:ac diuites tempore ieiunii in prima & ultima menſa ueſcuntur.Liquat᷑ ſacchaꝝ cui pinei inuoluti cum trulla in paſtilli formã redigunt᷑.His addũtur bracteæ aureæ ad magnificentiam credo & uoluptatem.

❡ De Caſtaneis.

Aſtaneã:quæ heraclotica uocat̃ inter nuces Virgili-
c us num:rat uno carmine:Caſtaneæq; nuces mea q̃s
amaryllis amabat.Generat & hæc ex omnibus quæ
eſui dantur robur in mẽbris & ui:ſed difficillime coquuntur
maxime uero a phelgmaticis:niſi cũ ſaccharo.& melle fuerit
i cibũ ſũptæ Elixe uero & adhuc calidæ mane ante cibũ cum
melle datæ tuſſientibus ꝓſunt.Torrent̃ itẽ ad flãmã in patel
la pforata:nec eius ſuauitatis ſunt nec nutrimenti:cuius habẽ-
tur ſub carbonibus lento igne decoctæ.Has ſuauius edemus
cũ caſeo in tertia menſa.Interior caſtaneæ mẽbrana quæ cor-
ticẽ fruſtũq; diſterminant ad tertias in aqua decocta ac potui
oblata:mire aluũ fluentẽ refrenant.

❡ De Siliquis.

Iliquæ q̃a duꝗ hñt corticẽ:nõ imerito nucibus annu
s merant̃.Hoc nomẽ eas adeptas puto.qa ſiliquis fa-
bæ & lupini:& ſi maior ſit pſimilis apparet: carobas
uulgo appellamus:Quæ ſi recentes fuerint ſtomachũ lædũt
aluũ ſoluũt.Eædẽ ſiccitate in contrariũ agunt.Cibus earũ uri-
nã ciet:& ad ſtomachi dolorẽ non leue præſidiũ ẽ ſi ternæ i ſe
xtario aquæ ad dimidias coquant̃:iſq; ſuccus per dies qnq; cõ
tinuo hauriat̃.Galien9 tñ ſiliquis peſſime ſentit ꝙ uix coquan
tur.& uentrẽ ſtringãt:& hũores noxios augeãt.Affirmat ua-
lerius flaccus uiterbienſis medicus nr̃a ætate egregius ſiliq̃s
in tertia mẽſa ſumptas uetare q̃ minus uapores antecepti cibi
caput petant. ❡ De piſtachiis.

Iſtachia auellanis ſimilia ſunt:his medici in pharma
p ciis utuntur.Eoſdem fere uſus habent : quos nuclei
pinei præterquam ad ſerpentum ictus. Auſteræ.
n.& ſtipticæ uirtutis ſunt.Ideoq; etiam ſtomacho accõmoda-

ta creduntur:maxime tñ cōſtat ea & thoracis.itēq; pulmonis ac iecoris uicia purgare.

¶ De Pipere.

Romata:quib9 in pulmētariis utimur.multifariā ha
a bentur:& oia quidē prius ab externis in noſtrā p uinciam importata.Ex arboribus hæc fere colligun tur.piper q in fronte caucaſi loco ſolibus oppoſito ex arbore iuniperis nr̄is aſſimili naſcit̄ Diſtant autem pipis ſemina a iunipo paruulis ſiliqs:quales in ipſis faſceolis uidemus. Hæ priuſquam deſicant̄ decerptæ ad ſolēq; toſtæ:faciunt q piper lōgum uocatur.Paulatī uero dehiſcētes ob maturitatē oſtēdut candidum piper.quod deinde toſtum ſolibus calore magiſq; mutatur.Eſt & quodam genus piperis:quod propter cæli intemperiem carbuncula.Id ex omnibus aſperrimum eſt leuiſſimumq; & palidum.Gratius quidem nigrum habetur.Leuius utroq; candidum. Naſcitur piperis arbor in arabia ſolum: & troglodytica uerum hodie quoq; in Italia myrto nec abſimilis amaritudine fructum facit minus decoctum: Eſt autem piper calidum & ſiccum:& ob hāc rem ſtomachum & epar cō calefacit. Biloſis nocet:uentum ex aluo reſoluit & pellit.urinā ciet.Eius uero uſus in hyeme magis quam in æſtate laudat̄.

¶ De Cariophilo.

Ariophilum fortaſſis Χαξιευφυλλόγ dicitur In idia
c naſcitur:granis piperis aſſimile uidetur:niſi qđ grandius aliquātulum & fragilius eſt.Arbor eius folia habens parua denſaq;:in ramos trium cubito℞ conſurgit cortice pallido.radice lata lignoſaq;.In uirtute etiā ferme edem cū pipere eſt:epati tñ minus nocet.q̄ piper ac uim contra uenena babet.

¶ De Cinamomo:

d E cinamomo.quæ Herodotus narrat fabuloſa ſunt ac falſa.Naſcitur āt in æthiopia :cuius frutex ſitu bre

uis eſt:ramo humili ac repreſſo:cum nunquam ultra duas ul
nas aſcendat.Q uatuor digitorum craſſitudinem hẽt.Naſcit̃
autẽ in uepribꝰ dumiſqꝫ:& ob eã rem nõ ſine moleſtia colligi
tur.Cinamomum uirgulti cortex eſt.cuius præcipuæ boni-
tas in ſummo ad longitudinẽ palmi tenuiſſimis partibus habe
tur.Secũdas ptes tenet:ſed breuiore mẽſura:quæ huic propi
qua.Viliſſimũ:qꝫ radicibus proximũ. Radicẽ eius magni põ
deris dicatã i tẽplo capitolini Iouis & pacis a Veſpeſião ipera
tore uidiſſe ſe aſſerit Plinius. Cinnamomi natura calida eſt &
ſicca:cõcoctionẽ facit:ſtomacũ atqꝫ epar ui & odore iuuat. Ci
namum idem eſſe cinamomũ crediderim.In illo.n.meo iudi-
cio facta eſt ut metrũ ſyncope. ¶ De Gingeberi.

Ingeberis uirtus calida eſt & ſicca.licet aliq̃ ex pte ad
g corruptionem tẽdat:cũ putreſcat.ut lignũ tinea cor-
roſũ ſtõacho frigido ſuccurrit.eius nimiã uliginẽ ex
eſu fructuũ uiridium cõtractam deſicãdo.Contra uenenato-
rum morſus p antidoto habet: ¶ De Nuce Moſcata.

Vx quã piuguetarii moſcatã appellant.callida eſt &
n ſicca.Corpus hũanũ ui ſua & odore adiuuat.oculoꝝ
aciẽ hebetatam acuit uomitum ſedat.appetentiam in
ducit.ſtomachũ atqꝫ epar fouẽdo.Hæc oĩa quæ aromaticam
uim hñt ĩtegra & tõſa ſeorſũ aut mixti eſui hoĩum uehemẽter
ſunt accomodata. ¶ De Croco

Romaticis nõ iniuria crocũ (qꝫ genus uariat) addide
a rimus:cum eoꝝ uirtutes colore:quo ſæpius ornantur.
& ſapore in quo non paꝝ uirium ineſt augeat Croc-
cum ſilueſtre.& ſatiuũ habemus.Radices habet bulbo aſſi-
miles:eiuſdem tñ ubertatis & gratiæ nõ ubiqꝫ eſt:Prima nobi
litas cilicio aſcribitur:& ibi in tauro monte & in timolo.ſecun-
da lycio.tertia italico.Adulteratur tamẽ ubiqꝫ. Optimum cro

cum ubi manu tangitur ac ſi fragile eſſet crepitat. Altera ꝓba-
tio ſi mãu prolatum ad ora fuerit lẽiter faciem atq̃ oculos mor
det. Optimu n ubiq; ꝙ pĩguiſſimum qđ q̃ ſtatim redolet. flo
ret uergiliaꝝ occaſu paucis diebus flore & folio uiret. Bruma
colligitur ſiccatur umbra. Croci moderatus uſus cuius uis ca-
lida & ſicca eſt pulmoni pectori epati. cordi prodeſt. Potũ cũ
uino: quia uehementis odoris ẽ ebrietatem facit Crocum ado
leſcentem in florem ſui nominis matatum. poetarũ narrant fa
bulæ; Sũt tamẽ q crocum dictũ putãt a corico cilicie oppido.

¶ De Acrimoniis: & primum de allio.

Llium quo plures habet: nucl eos: eo aſperius ẽ. Ha-
a litum ut cepa: porrus: aſcalonium ac bulbi omnes in
ſuauiorem facit. Aiunt tamẽ radicem betæ ſub prũis
toſtam: ac ſuper alium deuoratam: tetrum eius odorem extin-
guere. Extat & allium ſilueſtre: ꝙ græci ſcorodon uocant Do-
meſtico certe magna uis ineſt & utilitas qppe pniciosis homi-
num malis uehemẽter reſiſtit. ſerpẽtes & ſcropiones itẽq; ali-
as latentes beſtiolas odore ſolo fugat. Morſui canino cũ melle
ſuccurit. Eius ſucc9 cũ oleo mixtus: & uenenatos ictus & uul-
cera in corporibus ſanat Fuere etiã q alliũ elixum freneticis da
rent; Coctum in faba tuſſim & ſuſpirationẽ pectoris mitigat.
Vtilius tñ coctum & uiride: q̃ crudũ & ſiccũ exiſtimat᷑. cum
multa fiunt edulia præcipue uero moretũ & halliatũ: qbus ur
bani raro. ruſtici q̃ ſæpiſſime utunt᷑. Serit᷑ liratim ſpacio pal-
mari.

¶ De Cepis.

Eparum genera græci plura fecere. ut ſardam. ſamo
c thraciã: aſcoloniam ab aſcalamio iudeæ oppido no-
minatã. Vñ & quidã aſcalõiũ mutato gñe ſcripſere
Omnibus odor lachrimoſus ineſt. Minus tñ tuſculana uehe-
menſimo ꝓpe dulcis. Cepa ruffa acrior q̃ candida. ſicca quã

uiridis & cruda quam cocta.ſicca q̄ condita.Frigida humida ac ſabuloſa amant loca.Seruantur bene ad fumum ſuſpenſæ optime paleis menſe martii & aprili cepam februario aſcol ɔni am ſerunt ruſtici:de cæpis idem medici ferme ſentiunt.His ui delicet inflamatiões incendi caput prægrauari cerebꝝ ac mēo riam lædi:ſonū ꝑgrauē in duci:hūores phlegmaticos nūc ge- nerari:nunc reſcindi.Q uidā tamen eas tēperate ſumptas ſalu bres putarunt:ꝗ aluum moliant:ꝗ ſomnū inducāt: qđ appe tentiā faciāt.V entrē præterea excitāt:& eius fomēta ſalaci hu miditate augēt.Cōtuſa ſepa ac emoroidibus ſuper ĩpoſita eas aperit.cōtra uenēa & corruptelā aquaꝝ allio aſſimilis omnino Cepullā a cepa diminutiuū fecit Apitius.hoc gēus bulbi aliā a cæteris ſortiri naturam uidet.Solū enim creſcente luna de- creſcit:rurſum decreſcente creſcit.Aſcalonia eiuſdē prope uis eſt:cuius cepa:q̄q̄ minor ſit & minus orbicularis.Surgit cepa uno capite unoq̄ caule;obſoniis apitianis admodū celebris.

¶ De bulbis.

b Vlbi megarici a.M.Catone præcipuæ laudant Ve rum nobiliſſima inter hos habet ſquilla.& ſi magis medicinam faciet.Bulborum genera græcis nomini bus explicata.odore ſuauitate.ſapore:magnitudine differunt Omnia tamē feruidæ ſunt naturæ.& ob hanc rem mouere li- bidinem dicuntur.Bulbos inuit Celſus oia olera capitata:uel quorum radices eſui dantur appellari.Nam cum de qualitati bus ciborum loqueret & ualentiſſimū cibum dixiſſet.in quo plurimum alimenti ineſſet.In media inquit materia numerari eas ex holeribus debere:quorum radices uel bulbos aſſumi mus ac paulo infra. Ex leguminibus inquit ualentior faba: uel lenticula.q̄ piſū.Ex holeribus ualentior rapa napiq̄ & oēs

bulbi:in quibus cepã quo & allium numero:quæ paſtinacha: uel quæ ſpecialiter radicula appellatur: Tanti fecit. Pythagoras bulbos megarenſes:ut de eorum natura uolumen compoſuerit. Varro bulbos uenerē excitare. & ob hãc rem in nuptiis edendos. Idem ſentit & Apitius:ſed his addit nucleos pineos:erucæ ſuccũ:& piperis uim. Bulbos Martialis ſalaces uocat:ꝙ etiã demortuã uenerē excitent.

De porro.

P
Orri duo ſunt genera:ſectiuum & capitatum. Sectiuo Nero Cæſar auctoritatē dedit edens ſingulis diebus cum oleo:cõſeruãdæ uocis grã. Cãtare eni non modo priuate ueꝝ etiam publice:& in ſcæna gaudebat. Debere ēt porro ſe plurimũ:cum bene cantauit profeſſus eſt. poſt ſationē deſecat̃:quo fiet capite craſſius. Laudatiſſimũ:ꝙ i ægypto naſcit̃. Mox hoſtiēſe & aretinũ in præcio fuere. Porro capitato ad multa corporis uitia Hippocrites uſus ē. Eius enim ſuccus ꝓfluuium ſanguinis ſiſtit contra ēt uenenatos morſus cũ mero uel aqua mulſa potuſqꝫ plurimum ualere credit̃. Sanat & cum lacte mulieris ſumptus ueterē tuſſim: ac pulmõis ulcera. Cõmãducatum cõtra uenena fungoꝝ ualere putatur racturas ēt alligat:duriciē relaxat. Vulnera recentia cum ſale appoſitus ſtatim claudit ebrietates diſcutit. uenerem ſtimulat aluũ mollit. Eius tamē nimius uſus capitis dolores facit mala ſomnia ꝓponit. dentes & gingiuas corrũpit. uiſui nocet. Edere porrum poſt lactucas portulacas:atque olera frigida non ē inſalubre. Periere quidã epoto ſucco flauidioris porri ut melas eques Romanus in carcerē coniectus. Ti. Ceſaris iuſſu.

De Feniculo

i
N hortis holitoriis naſcuntur herbæ quædã ſatiuæ q̃rum tũ ſemie. tũ caule ꝓ cõditura obſonioꝝ utimur

hæ magna ex parte odoriferæ ſunt. De his uero queadmodũ uel minutal uel eduliũ conficitur: ſuo loco dicetur. Feniculum ferulaceũ Plinius uocat: q e furulis: ut multa alia naſcatur. calida uim habet & ſiccã: non tamẽ ſimplicẽ. Admixtã ei auſteritatẽ eſſe guſtus ipſe oſtendit. Traditũ eſt ſerpentes: quibus feniculũ gratimum eſt: ſenectutẽ huius oleris guſtatione deponere: & oculorum caliginem: quam longa in ſubterraneis locis morã cõtraxere: cõfricando caput iter ipſas ferulas deponere: Vtimur ergo hoc holore & crudo & cocto non ſine cauſa Bonos. n. humores generat. pectori cõfert: & interclusos uenarum meatus aperit. coctũ cũ cicere urinã ciet. Pulmonis & iecinoris iiurias abigit. Valẽt & eius folia ex aceto trita ac pota aduerſus ſcorpionum ictus. Præterea cõtra ſerpentes oportune ſemẽ eius ex mero ſemitur. Satum feniculum cum ficu ſicca ſuauiorem eſui deprehendes. Sũt q eius ferulas ſuperueniente hyeme uſq; ad terrã abradant: fimoq; bubulo aut humano ſtercore integant: quo ſequẽti anno dulcius feniculũ faciat.

¶ De Cumino.

Vminũ colũbo gratiſſimũ eſt in ſuperficie terræ uix c hærens naſcitur: & in ſublime tendit. Putrida amat & calida loca: medio ſerendũ uere. Eſt & alterum genũs ſilueſtre: qd' ruſticum uocant: alii thebaicum. Huius tamẽ ferulæ in æthiopico & aphico ſolo mirũ imodũ creſcũt. naſcit' & in regione noſtri orbis. Callidum & ſiccum habet. uẽtris tormina reprimit. urina prouocat. Eius nimius uſus pallorem inducit. Hoc hypocritæ quorum magna copia ob aucupium & ambitionẽ ubiq; eſt: ad fallendum utuntur.

¶ De Aneſo.

a Neſum & crudum & coctum a pythagora iter pauca laudatur. Viride item atq; aridum oibus quib9 cõ

cōdit;gratiſſimū uſum præſtat:Laudatiſſimū eſt creticū:pro
ximū ægyptiū.Eius oſus appetentiā p̄ſtat.cōditū cū ſaccharo
turgidas aluos exonerat.edet' tñ cōmodius in tertia menſa.ua
pores.n:caput petentes reprimit.oris halitum iucundiorē fa-
cit fetorēq; tollit.Ciet urinā:dolori capitis medetur:neruis pro
deſt:uenerem excitat.

¶ De Papauere.

p Apauer qd' græci μήκωνα uocāt & ſatiuum & ſpō-
te naſcēs reperit'.Huius duo ſunt genera albū & ni
grum.E nigro ſopor cōcipitur:albi caulis trit9: & ex
uino potus:elefātiis medet'.Satiui tria genera.cādidū:cui9 ſe
men toſtū in ſecūda mēſa cū melle apud ueteres dabatur.E ni
gro inciſo fructus exprimitur:quo medici in curādis ægrotis
utuntur.Eſt & tertiū genus erraticū uocāt:ꝙ cū ordeo naſca-
tur.Erucæ hoc quidē ſimile.Succum papaueriſ medici opion
uocant:quo & curas tollūt.Si nimiæ fuerit.& ſonū indigenti-
bus faciunt.Hoc eodē opio ſūpto.P.Licinium prætorium ui-
rum:in hiſpania tedio uitæ interremptum legi.

¶ De Coriandro.

c Oriandrū Aegyptiū ut præcipuū habetur inter ſil-
ueſtria nō iuenitur.Tritū ac potui datū magnam ha
bet uim ad refrigerandos ardores.Nō ē edendū ſim
plex propter innatā malitiā:ſed uel cū melle:uel cum uua paſ
ſa:uel noſtro more:qd' ſuauius eſt:ac ſalubrius aceto præpa-
ratū:ac ſaccharo inuolutus.Hoc in tertia menſa cōmodi9 ute
mur ad reprimendos uapores caput petētes ſtiptica illa i qua
plurimū ualet.Rem miram tradit Xenocrates ſi uera eſt:mē-
ſtrua cōtineri uno die:ſi unum granum tritum biberit fœmīa
biduo ſi duo & totidem diebus quot grana fuerint.M.Varro
coriādro ſubtrito cū aceto carnem incorruptam ætate ſerua-
ri putat.

De Menta.

m Enta ſuauiſſimi odoris herba eſt hanc fuiſſe puellã a Plutone amatam ferunt poetæ:uerſamq; in herbam ſui nominis a pſerpina:cui9 pellex erat. hic pterea mẽtulã dictã:quaſi donũ amoris:uel quaſi meritã uel q; mẽſa grato odore pcurrat. Excitat.n.hæc herba ppter inflamationẽ:& humiditatẽ demortuã uenerẽ. Hanc ob rem crediderim ueteres exercitu duces uetuiſſe militẽ quẽ caſtũ uolebãt. Vnde & caſtra ſunt dicta:hac herba ueſci. Appetentiam inducit mẽta & obeſos a marceſcentia conſeruat:lætum cor reddit:ſtomachũ iuuat:lumbricos interficit:cõtra morſũ canis rabioſi ualet plurimũ. Seritur mẽta equinoctio uerno:melius tamẽ ſurculo uenit q̃ ſemine:humido minus gaudet Aeſtate uiret:hyeme flaueſcit:ſemel ſata diutina ætate durat. Eſt & mentaſtrũ ſilueſtre genus:quod ut uitis propagatur.

De Apio.

Eritur & apium eo tempore quo menta. Dictum eſt apium q; apex hoc eſt caput in achaia uictorum ſacri certaminis eo coronaret̃:aut q; eius flores apes libenter paſcuntur. Aiunt Herculẽ apio populo:oleaſtro in coronis uſum. Apii radices in uenena mirifice agũt & quia amarum eſt:medicinæ magis q̃ eſui cõuenit. Sũt qui hanc herbã ambroſianam uocent.

De Serpillo.

s Erpillũ a ſrepẽdo dicitur tã apud nos. q̃ apd' græcos In mõtibus.n.eadem rõne:q̃ ſyſimbrũ longe ac late ſcatet. Satiuũ minus ſerpit. Aduerſus ſerpentes efficax eſt capitis dolores decoctum in aceto: & illitum tempori mire tollit.

De pulegio.

Vlegii duo gn̄era ſatiuū & ſilueſtre. Satiuū ad recre
p andos aīos labore defatigatos plurimū ualet Maxīe
ſi eius ſurculi in ampullis uitreis cū aceto detineātur:
qua de cauſa corona uatum expulegio magis qđ capitis dolo-
res leuetq̄ ex roſa fit. Tuetur & capita olfatu: contra frigorum
æſtuſq; iniuriam: Neq; eos æſtuare q duos epulegio ſurculos
impoſitos auribus in ſole habeant legimus. Flos recentis incē
ſus pulices odore necat. Silueſtri pulegii eadē uis: q, qdē ori-
gano pſimile habet. ❡ De Cardis.

Ardos præcipuos habet Charthago magna. Cor-
c dubaq;. Veniunt cardi duobus mōis autumno plā-
ta: ſemine autem nonas martias ſtercori in locis fri-
gidis amant: Condunt ad uſum cardi ex aceto & melle diluto
laſeris addita radice & cumini nequis dies ſine cardo ſit. ſunt
& cardorū ſilueſtriū duo genera. unum fructicoſius altero. qđ
imo caule craſſius eſt. Vtriq; folia pauca & ſpinoſa. atq; aſpe-
ris acuminibus. florem purpureū & cito caneſcentē facientia.
Illud ſatiuū eſui datur. Hoc propter ſubauſterā mordacitatē
ſtomachū iacentē ſi nō auidius ſumat erigit & cōponit. Eius
radix ex aqua cocta cupiditatē bibēdi potoribꝰ ſubminiſtrat.
Matrici utiliſſimus hic eſt cibus: hinc eſt quod adeo feminis
appetuntur cardi ❡ De Saluia.

Aluia calida & ſicca in multis cōdimētis utimur: nec
ſ mirum cū herba ſalutaris ſit Nā & contra paralyſim
ualet: & dētibus illita prodeſt: & ſerpentum ueneno-
ſos morſus ſedat. ❡ De Ocymo.

Vod græci ωκιμον nos quoq; pria longa ocymū di
q cemus: Idē meo iudicio: qđ uulgo baſilicon uocant.
Vere ſerit. æſtate plantat: qa meliꝰ ſurculo creſcit. I
ferius prio deinde ſuperius floret (ut ait Theophraſtꝰ) & diu

in flore durat. Chryſippus medic⁹ ocymū uicio dedit:qđ ob ſit ſtōacho:qđ oculos hebetet:qđ inſaniā facit.qđ iecori obſi‑ ſtat:& ideo caprā hoc gen⁹ herbæ nunq̄ cōtingere. Præterea ſi tritū lapide contegat̃ ſcorpiōes gigni. Commāducatū & in ſole poſitū uermes creare.pediculos nutrire Aphris quoq; pu tant hoc eſſe perſuaſum:ſi qs eo die:quo ocymum ſūpſerit a ſcorpiōe feriat̃.nullo modo poſſe ſaluari. Verū hæc oia uſu falſa dēphendunt̃:Cū & ocymū capræ edant:nec mēs olfan tiū hoium imutet̃:& ſcorpionū terreſtriū marinoꝝq; ictib⁹ addito uini acetiq; exiguo medet̃. Vſu quoq; comptū eſt de‑ ficiētib⁹ ex aceto odoratū ſalubre eē. Affirmat Gal. ſcorpionē odore ocymi mire delectari & ob hāc rē ad eius caulē libēter accedere mediocriter tn̄ ſumendū ē ꝑpter eius uim nimiam. quæ ex caliditate prouenit.

❡ De Ruta

Yemē odit ruta.apricis ac ſiccis gaudet locis cineri‑

h cia terra uult nutriri. Amicitia ei eſt cum ficu adeo ut nuſquam lætior proueniant.quam ſub hac arbore. Seritur ſurculo melius ī perforatam fabā ocymo difficili⁹ are ſcit. Durata rūcatur non ſine difficultatæ. Vlcera.n.pruritiua: ūt urtica māibus indit. Cōdunt̃ eius folia ſeruant̃q; ad uſū fa‑ ſciculis qbuſdā Ruta ualde hoib⁹ ſalutarē teſtatur tot antido ta medicoꝝ.hui⁹ herbæ nomē extollētium:e quib⁹ illud dioſ‑ poli præclaꝝ.qđ ſtomachū excitat.concoctionē iuuat.aluum mollit biles extenuat uicia pectoris lateris iecoris ac renū miti gat. De Mythridatico illo præclaro:qđ cum ruta fit ſatis ſupi us dictum ē. Rutæ duo genera ſatiuæ & agreſtis:ac ſūpta i ci bum muſtella cōtra ſerpentē.cū quo dimicatura eſt ſe armar

❡ De Eruca.

e Ruca calida eſt & ſicca:& ob eam rē dicta q̄ſi uru‑ ca ignæ eni uis eſt:& crebro in cibum ſumpta uene‑

rem mirũ ĩm modũ excitat. Naſcit᷑ eruca facilie æſtate & hyeme: pcipue ât frigoris cõtemptrix ē: Lactucæ crudæ eſui datæ ad tẽperamentũ frigiditatis addit᷑. ſũt q ſcribãt erucam calidã quidem eſſe non tamen nimium ignitæ uirtutis. Radix eius in aqua decocta extrahit oſſa. quæ fracta ſunt. ſe nen e uino potum in ſcorpionum uenena ualet plurimum. In cõdiendis obſoniis tanta eſt huius herbæ ſuauitas: ut ea græci appellauerint.

De Nauſturcio.

n Aſturciũ nomẽ accepit anariũ tormẽto. ide quoq; uigoris ſignificatio dep̄hendit᷑ In arabia miræ ãplitudinis gigni ducit᷑. Hoc ut peculiari cibo pſæ illi utebãtur (ut ait Xenophõ) q ſub Cyro militarũt. naſturcii uis ignea eſt. uſũ tamẽ uenereũ uidet᷑ inhibere. Nimius ei9 uſus ut erucæ nocet. moderatus ꝓdeſt. Nã & animũ exacuit. & aluũ purgat ac bilẽ detrahit. Valet item ad plurios medicinarũ uſus:

De Thymbra.

t Hymbra plinio teſte apud nos ſatureia dicitur: herba eſt aromatica. & grauiter ſpirans. quod & Virgilius carmine explicat Et grauiter ſpirans copia thymbræ. Seritur hæc herba origano æmula menſe ianuario: Satureia urinam mouet: & ex uio pota lethargicos in morte dormientes excitat. Contra animalia quoq; quæ aculeis ſæuiunt non inutiliter adhibetur. Venerem facit hæc herba unde bene a ſaturitate. in quo libido ineſt nomen accepit.

De Nepita.

n Epitam Græci: calmiten noſtro uulgo dici affirmãt. magnæ uirtutis eſt ac uehemens in calore unde etiã nobiliſſimis ãtidotis meruit aſcribi. Stomacho. n. ac præcordiis utilis habetur: pituitas capitiſ thoraciſq; ſoluit ac purgat, Iecori medetur, duriciem lienis reſoluit, calculum pel

ſit urinam ciet. Tam ſimplex quã cũ aliis herbis: ad hæc quæ diximus facientibus tunſa cribrata pinſita multum prodeſt.

¶ De Anitho.

Eritur anithum non minus coquorum q̃ medicorũ gratia. Huic calida uis ineſſe traditur nec omnino auſtera. In ſe enim habet aliquam molliendi poteſtatẽ: & ſi græcis auctoribus credimus, ita nutrit ut Athlætarum cibum ſine anitho ludorum magiſtri eẽ nullo modo paterent̃. Aegrotantibus prodeſt cum oleo tepefactum ac cerebro infuſum. Creditur etiam dare illis aliquas ex febre indutias. Dolores capitis mitigat: neruorum tenxura relaxat non dormiẽtes ad ſpem quietis inuitat. Coctum in aqua cyathis tribus ac potui datum ſtomachi querelas miro modo releuat. Ructus preterea mouet: quia cõcoctionem adiuuat. Tormina ſedat: aluũ ſiſtit: ſemen eius ferue factum & admotum naribus ſingultu ſedat.

¶ De Thymo

Hymus herba dulciſſima eſt: apibus (ut ait Maro) amiciſſima: ut Nerme galathea thymo mihi dulcior hyble. Sumptũ hoc nomẽ a redolẽtia uidet̃. Florẽ epithymũ hæc herba g̃nerat, q colectus i umbra ſiccat̃. Sũt autẽ eius duo g̃nera candidũ radice lignoſa, i collib9 naſcẽs q̃ ẽt præfert̃. Alter nigri9 floriſq; nigri: utrunq; cibo & medicamẽto cõuenit. Eſt calidæ ſimul auſteræq; uirtutis. Thym9 ſũptus i cibũ caliginẽ diſcutit, lũbricos interimit urinã ipellit: mẽſtrua femis ꝓuocat partus emortuos extrahit. Tritus cũ melle & in cibo datus pituitas ſoluit: Mixtus polentæ & i uino maceratus coxen dicis ferũes ſuperpoſitus ſchiaticis ſalutaris ẽ.

¶ De Origano.

Vnt qui græce pituitas dictum putẽt: quo uinũ coloret: uerum ſi ſic eſſet: origenum pronunciari debe

ret: Facta ē in noīe huiꝰ herbæ magna mutatio cum ex eradi um & enſten græci uocauerint. Efficax eſt origanum in medi cina magis q̄ in cibo. Nec minus ſatiū q ſilueſtre. Tritū ex ui no albo ac potui ſumptū: ſcorpionum & arachneorū uenenis reſiſtit: cruditates diſcutit: morſꝰ ſtōachi ex aq̄ calida datū lēit.

❡ De Ceripholio.

c Eripholio ignea uis & acerrima ineſt: tritum & hauſtum cū uino lateres mitigat ex aqua mulſa pituitā reſoluit. Ex aceto lūbricos & tineas perimit: urinā ciet: mēſtrua pellit. Tritum cum cera & axungia parotidas ſoluit. Eſt enim parotida morbus ſimilis glādulis: quæ circa aurē naſci ſolent: uñ & parotida dicit̃ ꝙ iuxta aurē: quā græci o o.ú. uocant naſcatur.

❡ De Amaraco.

Vod ægyptus & ſyria ſanſucū appellauere: diocles & ſiccula gēs amaracū uocauit. Narratur in fabulis hūc fuiſſe puerꝝ regium: q dū præcioſa ferret unguēta: caſuq; p̄lapſꝰ: fracto uaſe: uehemēti illo ac ſuauiſſimo odore afflaretur: in odoriferā herbā cōuerſus ē: Hanc diaſcorides dicit a romanis pſa & appellari: ſeritur utroq; mō ſemīe & ſurculo: ſed hæc iuuatior & odore melior. Calidus ē amaracus & ſiccus: narium meatus aperit: humores glutinoſos capite deiicit. Tritus ex aceto ac ictu ſcorpionis ſuper poſitus ægroto medetur.

❡ De Ennula.

e Nnulæ calida uis & ſicca eſt. Radice eius in qbuſdā pulmentis utimur hyeme præſertim quæ ſalubrior habetur. cor. n. mirifice iuuat: pulmonem a malis humoribus defendit. ſciaticis & articuloꝝ dolore laborantibus: ac ægritudinibus a frigiditate natis prodeſt. Eius ſuccus potꝰ fugare lumbricos putatur & uenenatorum morſus abigere.

A ieiuno ſumpta dentes confirmat.

❡ De Syſimbrio:

Vnt ſiſymbrũ tymbræũ appellent.Surgit hæc her•
s ba pedali altitudie.Q đ in irriguis locis naſcitur ſi•
mile naſturcio ẽ:ſatiuũ & ſilueſtræ reperitur. Vtrũ
ꝙ aduerſus aculeata aĩalia:ut crabones:ueſpas:& ſimilia effi•
cax ẽ capitis dolores ſedat:uomitus:ſingultus:ac tormina re••
mit:Stomachi diſſolutiones cohibet ſiue in cibo ſũptum:ſiue
in ſuccum potum.

❡ De Marubio.

Arubiũ ẽ:quod græci pp amaritudinẽ uocant:a qui•
m bus & ĩter primas herbas cõnumeratur: cui9 ſemia
foliaq; trita cõtra ſerpẽtes proſunt.Pectoris & lateris
dolores:tuſſimue ſedant.Caſtor marubii duo genera tradit ni
grum ꝙ magis probat & cãdidum.Ex utroq; minutatim con•
ciſo & farina ſubacto:fiunt offellæ:qbus ex oleo in patella fri•
ctis in prima menſa ad ſalubritatem ueſcimur:lumbricos fu•
gare creduntur:& ob hanc rem pueris apponi ſolent.

❡ De Abrotano

Brotanum iucũdi odoris ac grauis herba eſt: dicunt
a hoc nomen ab abrotonio femina in herbam conuer
ſa ſumptum.Flos eius aurei coloris eſt ſponte proue
nit & in cacumine ſuo ſeipſum ꝓpagat.Seritur autẽ ſemie me
lius ꝗ radice aut ſurculo.Et ſemine non ſine negocio plantaria
tranſferuntur.Læditur abrotanũ nimio ſole: Verum ubi ex tẽ
perie conualuit uicium ruticum fruticat:

❡ De Hyſſopo

Paca & humida loca amat hyſopus.Sunt q & hyſ••
o ſopũ neutro genere ꝓnũciant.Hæret & ſaxis radi••
ce:ac caule, Guſtatu feruens eſt. In oleo contritum

phíthíríaſi:hoc ē morbo pedículari reſiſtit:& capitis prurigi nem tollit. Optimum eſt ciliciū e tauro monte: deinde pāphi lium. Sumptū cū fico:farina:melle:ſale.& cumino pectus & ſtomachū iuuat:ſimplex omnino contrariū eſt.

De Petroſilino.

q Vod græci petroſelinon:nos petrapiū poſſumus ap pellare. Hoc & Collumella holus atrū uocat: ſunt & tñ q dicāt holus atrū idem eē:qđ hipoſelinon. Ad acerias ſeri gaudet:umbra.n.fouet᷑. Si non radicitus euellitur æuo durat:& caules ad uſum obſoniorū ſubminiſtrat. Macedonicū a guſtu ſuauitate & odore aromatico mirifice laudat᷑. Nā improbat᷑ ēt alexandrinū:& ſmirnæū. Aduerſat᷑ hæc herba ſcorpionib9:potu ſemīe torminibus intraneis medet᷑. Idē ſemē decoctū:& mulſo potū difficultates urinæ tollit. Radix eius in uino cocta calculos pellit:lumborū ac lateris dolores:canis rabioſi morſibus pota & illita medet᷑. Eſt & aliud gen9 qđ orthoſelinō uocat᷑:hoc ſurgit recto frutice ſemē habet cū uino ſimile mēſtruis & urine efficax. Addidere quidā opoſelinō differens ab aliis generibus breuitate caule ſotiuo:& radicis colore ruffu:eiuſdē tamē uirtutis eſt:cuius & primum illud gen9 Nam & ſcorpionum ictibus:& morſui canis ſemen huius:qđ & holus atrū licet appellare.ex uino datū occurrit. In mulſo decoctū ac potui datum difficultatibus urinæ medet᷑. Tormina uentris:& cæteras inteſtinoꝝ quærelas eodem modo ſanat Radix in uino cocta calculo lateris ac lumborū doloribus eadem potione ſuccurrit. Succus algenti ꝓpinatus exoptatum calorem per membra diffundit.

De Abſynthio.

Bſcyntium ſiccæ ac calidæ uirtutis eſt:ob amaritudi
a nē eius ſumptū in cibum ualitudinis cauſa.& ſtomachum ualentiorē facit:& epatis fibras aperit. Febres quoq; longas utpote quartanas minuit.Eſt & abſcyntiū Rõanum:qd' magis eſui accõmodatum crediderim.Ex hoc enim conditum facit Apitius.

❡ Platynæ de honeſta uoluptate. Liber Quartus.

SCribere quædā prius neceſſe fuit:ne cum de obſoniis loqueremur earundem uim & naturā explicare longum:& a re ipſa fortaſſe alienū uideretur. Dicendum erit deinceps de his uerbis & oleribus:quibus uel cum ſupradictis:uel ſeorſū conditis in prima menſa ſi fructus abſint ueſcimur. Neq; enī conſilium eſſet.poſt ceraſa pruna ac cætera poma ad quæ appetentia ferimur.Lactucas inthybum ac reliquam olerū herbarumue cōditiuam eſſe. Facillime enim ob frigiditatē & humiditatem tot ſimul diuerſarum rerum ingeſtarum oīs cōcoctio tolleretur:quo nihil poteſt eſſe homini perniciofius. Si ergo poma abfuerint:non iniucundū erit æſtate tamē magis q̄ hyeme & cœna magis q̄ prādio lactucas hoc modo edere.

De Lactucis conditis.

LActucā a lactis.i.humoris abundantia:uel quod la
l cte nutrientes feminas implet dictam putat Apulei9 huius oleris plura ſunt genera. Verum ante omnia lacticaulis:ſeſſilis & criſpa laudantur. Seruntur toto anno lætis & irriguis:ſtercoratiſq; locis legitimū tñ ē a brūa ſemē iacerē Plātā fauonio trāſferre:aut ſemē fauonio:plātā æqnoctio uerno. Albæ ī primis hyemē tolerāt.ē qdē natura oib9 refrigeratrix:frigide.n.& hūidæ hñr & ob hāc rē æſtate ab ſtōacho faſtidiū auferūt:cibiq; appetentiā inducūt.Ferūt diuū auguſtū

in ægritudine uſu lactucæ conſeruatum. Nec mirum cũ & cõ coctionẽ adiuuent & meliorẽ q̃ cætera olera ſanguinẽ generẽt Coctæ ac crudæ eduntꝰ. Lactucas cruda ſi lotiõe nõ idigebũt ſic cõdies. ſunt. n. ſalubriores: quã quæ aqua lauantꝰ. in patinã impões ſalẽ contritũ inſparges olei paꝶ pluſculũ aceti infũdes ac ſtatim deuorabis. ſũt q huic cõdito paꝶ mentæ & petroſelini addant: ne oio inſipidum uideatꝰ: neue nimia lactucæ frigiditas ſtomacho noceat. Coctas expreſſa aq̃a in patinam indes ſale oleo & aceto cõditas conuiuis appones ſunt. q huic inſpargant modicum cynnami uel piperis bene triti & cribrati. ſomnũ hic cibus inducit. tuſſim ex calido hũore generatã mitigat urinam ciet uenerẽ retradat: aluũ mouet. Eius tñ frequẽs uſus maxime uero recentiũ oculorũ aciem hebetat. Eſt & aliud genus lactucæ q̃ caprinam uocant. hac tunſa & in mare deiecta piſces. q ſunt in ꝓximo ſtati necantꝰ idem faciunt & fluuiales ſerraliã lactucã: & eam qdẽ agreſtẽ q appellauere a ſerra. quã in dorſo habet dictam putarunt. Hæc fortaſis endiuia eſt.

Conditura Endiuiæ

E Ndiuiam ego inter lactucas cõnumerauerim: quamuis de hoc nomine nulla apud ueteres mentio fiat. ſatiua extat & agreſtis. & utraq; ſalubris. Amarior ſilueſtris. iucũdior ſatiua: & ea maxime: quæ caule ſurgit criſpo. Conditur & hæc eodem modo. quo lactuca tam cruda q̃ elixa Endiuia in cibum ſumpta æſtuantia precordia refrigerat epatis fibras & uenarum meatus aperit. Habet hoc peculiare endiuia: quod eſtuãtia refrigerat. & algentia calefacit. Trita hæc herba cum propria radice ac ſcorpionum & reliquorum animalium. quæ aculeo nocet ictui impoſita laboranti ſubuenit. Eiuſdem quoq; ſuccus potui datus in eiuſmodi uenena agit.

Conditura bugloſſi:

q Vam græci buguloſſũ uocant:nos quod idẽ ſonat linguam bubulã aſperitate appellabimꝰ Calida eſt bugloſſꝰ & hũida:tã ſatiua q̃ ſilueſtris.ſũpta i cibũ quouis modo ſanguinem purgat:hilaritatẽ inducit:cardiacũ pellẽdo Cocta ex aqua & melle ulceribus oris:tuſſi & raucedini auxiliũ præſtat.i melanc ɔliã agit optimi ſãguinis copia. Cõditur & cruda & elixa.Crudã bene lotã atqꝫ expreſſã reticulo ad id apte facto:cũ nepita mẽtha & petroſellino in patinã indes.Salem & oleũ inſparges :inuolueſqꝫ quoad oleum imbibat.& remoleſcat eius aſperitas.Aceto poſtremo infundes ac conuiuis ſtatim appones.lixa conditur ut lactuca.

Conditum Pandodopum.

f It item conditum pandodopũ ex lactuca·bugloſſos:menta:nepita feniculo:petroſellino. ſiſymbrio.origano.cerepholio:cicerbita.quam teraxicon.lãcedo quã arnagloſſam medici uocant.morella :feniculi flore:ac pleriſqꝫ aliis odoriferis herbis:bene lotis.expreſſiſqꝫ patinam amplam requirunt:ſale multo inſpargi:atqꝫ oleo iungi debẽt aceto deinde ſuperfuſo ubi paululum reſederit:earum ſiluatica duricies comedenda:ac bene dentibus conterenda ſunt.Hoc conditũ pluſculũ olei & minus aceti requirit.Hyeme magis q̃ æſtate conuenit.quia plus concoctionis quæ hyeme ualida eſt reqrit

Conditura portulacæ.

ſ It bene lota portulaca;ſecretaqꝫ a præduro caule i patinam repoſita:cum cepa minutatim cõciſa:ſale oleo aceto condiatur Sunt qui ad comprimendã frigiditatem portulacæ piper tritum.ac cynamomum inſpargant.Portulaca enim quam poplim licet appellare frigida eſt & humida.& ob hanc rem nõ multum nutrire exiſtimantur. Nimios tamen ſtomachi renum ac ueſicæ ardores extinguere putãt.

Plurimus eius uſus oculos hebetāt.uenerem inhibet. ueneriſq; ſomnia.Manducata item cum polenta inteſtinorum uomitiones ſitit:aluum refrigerat.laborantes podagra calida ſanat. Eius radix ſuſpēſa filo geſtata ad collum uuæ morbum expellit.Quod accidiſſe prætorio uiro ſcribit Plini9 Recens poſtremo maſticata ſtuporem dētium ex eſu acerborū fructum cōtractum diminuit ac tollit.

¶ Roſmarini conditura

q Vi lautius ac ſalubrius eſſe conſueuerint.e floribus roſmarini conditurā faciunt. Huius fructicis duo ſunt genera:alterū ſterile ſatiuum alterum & cui caulis flos ac ſemen reſinaceum.ineſt.Folia odorem thuris præſe ferunt.Eius radix uiridis adhuc uulneribus impoſita corpora ſanat.Succus fruticis & radicis regium morbum pellit. Oculorum aciem exacuit.Semen ad uellenda pectoris uicia potui datur.Flores eius mane collecti.ac illoti omnino ne uim amittant.cum ſale bene trito oleo & aceto conditi ad uoluptatem & ſalubritatem faciunt.Nam & ſtomachum concalefaciunt. & reumatiſmos tollunt.& aſmaticis proſunt.

¶ De conditura Maluæ.

m Irabuntur fortaſſe qui naturam maluæ ignorant me hanc herbam inter edulia poſuiſſe.Sed deſināt mirari.& quantis laudibus extollenda ſit animaduertant. Maluæ duo genera ſatiua & ſilueſtris:& utraq; laudāda.quæ altea dicitur.quod alte ſurgat.amplitudine folii diſcernantur. Satiua minor.Hanc græci a molliendo uentre uocauere.Omne ſolum in quo ſcritur malua pingueſcit.Valet hæc herba contra omnes aculeatos ictus præcipue uero corpionum ueſperarum.apum.muris arachnei. Quin & tri

ta cum oleo cutiq; extenſa.hominem ab iniuria talium beſtio/larum defēdit.Cruda illita uulneri aculeos oēs extrahit. Ferūt hominem omnibus morbis cariturum:ſi qualibet die ex ſuc/co maluæ aliq̄d ſorbeat. Valet item hic ſuccus q̄q̄ ſtomacho aliquantulū iutilis cōtra bilē atrā:& eam maxie.q̄ iā ad inſani/am ducit.Elixat̄ tenellæ malue caulis ablata cima:& in patinā more aſpargi poſitus cū ſale oleo & aceto comeditur.Condiū tur & eodem modo flores.Nec inſalubre hoc gen9 cōdituræ habetur:cū & calculoſis,& inflationi.& torminibus: & ſacris ignibus medetur.

¶ De Conditura Intybi.

i Ntyba impatientiora frigoris habētur caule foliis ac radice optima ad reſtaurādum faſtiditū palatum ſūt. Eſt & eraticū.qd ægyptii cycoriū.nr̄i ambulā uocāt: ſilueſtre hoc qdē habet̄.uere caules æſtate folia:hyeme radi ces bene lotas & excauatas pp duriciē & amaritudinē:cū ſale oleo & aceto ſalubriter edimus. Nam & ſtomachū cōcalefa/ctū & diſſolutū aſtringūt ac refrigerant:aluū ſiſtūt:dyſenteri cis pſunt.Coctū intybū uenerē ſoluit.iecinori:renibus ac ſto/macho pdeſt.maxie āt ſi cū aceto.cū paſſulis decocto cōede/ris:aut aliqd defruti patinæ idideris cynnāiq; triti q̄tū uis mo/dicū iſparſeris Cycoriū qdā ob ſingularē ſalubritatē chreſtō appellarūt.Q uidā uero pangratiō:qd' omnia bona cōplecta tur.Hui9 uſus & ueſicā adiuuat &.gēiturā effluentē morbo ualitudis ſiſtit.& uenēis ac peſte laborātib9 pdeſt.ad epar tñ refrigerandum āte oīa natū uidetur:Eius flores nequaq̄ a cau ſe degenerantes:eodem modo condiantur quo & ſupra dicti. ſunt q & intybus ut Cornelius celſus maſ. genere pnunciēt.

¶ De Conditura ſaxifragiæ.

a Ppelatam ſaxifragiam Apuleius aſſerit.qd' lapillos i ueſica frāgat atq; commiuat: Eius radix petroſelino

aſſimilis ē:quæ oblata lota atq; in fruſtra conciſa cū ſale oleo: & aceto comeſa.ob eius caliditatem & ſiccitatē lapidē(ut diximus)frangit dolores.Renes & ueſicā purgat cōcoquit̄ tarde ꝓpter ſiccitatem:quæ cōcoctioni cōtraria eſt:quā cōtra humidum & calidum adiuuat.

¶ De Cōditurꝶ pipinellæ.

p Impinellæ:quæ & bibnella græce dicit̄ uis calida & ſicca ineſt.Ob hanc rem tarde cōcoquit̄: uoluptatē edētibus affert.Colecta ac lota in patinā hac ſuomet caule ſi tenera eſt reponi debet: ſale oleo & aceto condiri ſi ꝑ dura fuerit folia tantū ſumantur.Aperit hic cibus iecinoris fibras:urinam prouocat:ac lapides ut ſaxifragia non tamē adeo comminuit.

¶ De Conditura Acetoſæ.

a Cetoſa ab acore nomen trahēs in quatuor genera diuiditur:duobus in cibis non ueſcimur lapacio ſcilicet & rumice.Alia duo in conditurам ueniunt quorum alterum:quod ocylapacium uocari poteſt arenoſa & lapidoſa amat loca.Folia habet acutiora:& ſimilitudinē unguis ex pollice imitācia:creſcendo in ſole ac caule in folia quaſdam fibras ducit.Hæc herba mea uernacula ſalma ꝙ ſalis imitetur ſaporem uocatur:alterum quod hypolapacium dicitur in fecūdioribus oritur iocis ſimilitudinem hoc habet cum tripholio.hæc uulgo acetoſella dicitur.Habent hæc duo genera acetoſæ frigiditatem & auſteritatem in ſe humores generant nequaquā improbandos.Faſtidium tollunt:appetentiam indncunt: ſiti extingunt:uim cordis corroborant:aluū fluentem ſiſtunt:colerā reprimūt.Peta earū decoctio ſcabiē & pruritū extinguit. Sunt q acetoſam illota etiam ſtatim prima mēſa cū pane ſine ullo cōdimēto comedant:quod ego perſepæ facio Eminæ noſtri conſilio.Addunt quidā acetum:nōnulli oleū:quouis modo comederis ſalubris eſt:æſtate præſertim & peſtilenti cælo:

Hac herba medici in multis pharmatiis præcipue uero in po-
tionibus utuntur.

❡De Aſparago condito.

Sparagi duo genera hortẽſe & acreſte. Incultũ gra-
a tius eſt qđ alii chorudam: alii libycon appellant. Aſ-
paragũ dictũ ꝙ in locis aſperis naſcatur aſſerit Var-
ro. Sunt q dicant lingua chaldæa caulem aſparagum uocari.
Hæc.n.herba ſemper in caulem creſcit. Elixi aſparagi in pati-
nam extendunt: ſal oleũ & acetũ infertur. Sunt q eos aroma-
tibus conſpergãt. In prima menſa comeſti inflationes ſtoma-
chi diſcutiunt: oculis dilucidítatẽ afferũt: aluum: leniter molli-
unt: pectoris & ſpinæ doloribꝰ: inteſtinoꝝꝗ; uiciis ꝓſunt. Sũt
ꝗ eos addito uino coquant: qđ eo modo efficatiores ſiut. Eius
uſus ſi minus fuerit non parum interdũ nocet: cum urinam ci
tam emittat: ueſicamꝗ;: quod pernicioſum eſt exulcerat. Ra-
dix aſparagi trita & in uino albo pota calculos fugat. Quidã
uero ſuccum eius ex uino datũ: contra uenena utilẽ crediderẽt

❡De conditura lupulorum.

Vpuli quorum uis calida eſt & humida in ſepibꝰ ac
l maceriis naſcuntur: quos ego aut a colore lupino aut
ab aſperitate ſic appellatos puto. Aſperrimi.n.ſũt: &
colorẽ lupi caule: & foliis imitantur. Coquũtur hi & cõdiũtur
eo modo quo & aſparagi. Frigi quoꝗ; in oleo & liquamie nõ
incõmode pñt ſed ſalubres ſunt: Elixi & ſi parum nutriunt, ſã
guinem tñ purgant epatis fibras aperiunt, urinam ciũt bonũ
& uiuidũ colorem inducunt.

❡De cõditura capparis.

Apparis ſiccis in locis ſeritur, area circunquaꝗ; effoſa
c ſtructis undiꝗ; aut natura ripis, aut artificio lapidum
ne luxuriari permittatur. Frutice ſurgit firmiore, un-

de una cum ſemine caulis plerūq; decerpit̃.Eiꝰ genera & ma
xime peregrina(ut ait plinius)fugiēda ſunt.Nam & arabicū
peſtilēs eſt apulū uomitus facit ſtomachum & alluū uiolēter
mouet.Verū nunc(ut mihi uidet̃)mutata natura eſt.In præ
cio.n.peregrinus eſt & maxime Aegyptiacus: nec improbat̃
epulus.Capparis fruticem cynoſbaton quidam noſbatū alii
nōnulli ſtaphilem uocarunt.Siccam & calidam præſefert. ne
ꝗ paralyſi periclytari eos ferunt:q cappari quottidie utuntur
non lienis doloribus:non epate cū fibras uitaliū & præcordio
rū aperiat hūoreſq; glutinoſos: ac melancholicos in primis a
ſplene abigat.urinam ciet:lumbricos interficit:uenerē excitat
ac contra uenenum tyriacæ uim obtinet.Conditur autem hoc
modo.Indes in cacabum aquæ non feruentis ſed apprime ca
lidæ ubi tandiu ſines donec abundantem ſalſedinem dimiſerit
Tranſferto inde in aquam recentē inq; eam tandiu ſinito : qd̃
refrigeſcat.Inde poſtremo auferens expreſſum in patinam re
pones:infundeſq; oleum & acetū non multum.Sunt qui mē
tā huic edulio addant:nec incōgrue id quidē cum ad uolupta
tem & ualitudinem faciat.

¶ De Cariota & paſtinaca.

p Aſtinacæ:cuius uis oīs in radice & ſemīe eſt:duo ſūt
genera:& qd' ſponte uenit:& qd' ſeritur.Primo ue
re uel autumno ſolo q̄ altiſſime refoſſo. Annicula uti
lis eſſe incipit:bruma:utilior gratior autumno.Paſtinacam al
bam eſſe cariotam uero rubeam:uel ſubnigram aſſerunt me
dici.Hæc melior in horto:ac maxime in uiterbiano ſolo:illa fe
licior ſilueſtri terreno naſcitur.Ambæ ſunt difficilis cōcoctio
nis:pauci & groſſi alimenti.Bis elixanda eſt paſtinaca:pria de
coctio abiicitur:ſecundo cum lactuca incoquitur:inde in pati
nam tranſlata cum ſale aceto:coriandro:pipere condita:ciui p

cōmode datur. Nam & tuſſim & pleureſim: & hydropiſim ſedat: ac uenerem excitat. Frugi etiam excauata poſt primā concoctionē: in oleo & liquamine farina inuoluta ſolet. Conditur & cariota eo modo quo paſtinaca ſed ſuauior habetᷣ quæ ſub calido cinere & carbonibus coquitur. Subtracta ubi paululū refrixerit: depilanda eſt & omnino abſtergendus cinis teſſelatim concidenda: in patinaq; transferenda: addendum ſal: irrorandum oleum atq; acetum: ex defruto uel ſapa nonnihil addēdū: inſpargendo aromata dulcia. Hoc nihil eſui ſuauius. Duabus in rebus homini ꝓdeſt. Nam & bilem reprimit: & urinā ciet. In reliquis uero ut epati ſtomacho ac ſpleni aduerſatur

¶ De Conditura Ceparum.

c Oquitur & cepa ſub cinere & carbonibus tādiu donec omne crudū exhalauerit: ubi refrixerit minutatim concisa patinæ inditur ſale oleo defruto: uel ſapa inuoluitur. Sunt qui & cepe piper aut cynnamū inſpargant.

¶ De Conditura Porri.

e Lixatur porrū: aut ſub cinere coquitur patinæq; imiſſum ad ſecundā ueterem tuſſim cum modico ſale ac pluſculo melle in prima menſa comeditur. Condiuntur & hæc quæ antea cōmemoraui aliis modis: de quibus ubi ordo menſarum requiret dicetur.

¶ Patina ex capitibus & intraneis caponū & gallinarum.

g Allinarum atq; auium iocuſcula: pulmões: pedes: capita & colla: bene lauabis: lota & elixa: in patinam ſiue transferes. Indes acetum: mentham: petroſelinon inſpargesq; piper aut cynnamum: ac ſtatim cōuiuis appones.

¶ Patina de Linguis aut Lucanicis.

Oquantur in aqua ligue ſalitæ:coctas teſſelatim cõcides:ac in patinam indes:adeſq; de petroſelino mẽtha:ſaluia:& aromatibus quãtũ ſat erit:ultimo infundatur acetum. Idẽ fiet de lucanicis maioribꝰ hyeme tamẽ magis quam æſtate:plus enim concoctionis, quæ melior hyeme quam æſtate fit huiuſcemodi cibus requirit.

¶ De Carnium differentia & quo tempore quæq; coquenda edendaue.

Ed iam tempus eſt tranſire ad menſam quam ego ſecundam & potiorẽ appello. Ibi enim de carnibus agitur, quæ melius ac ſalubriꝰ q̃ q; uis aliud edulium nutriunt: Verũ cum uaria ſint animantia tã terreſtria q̃ uolatilia quæ hominẽ nutriũt, uarias quoq; ineſſe qualitates neceſſe ẽ. Nec in ſexũ minus & ætatem & partes eorũ quã in ſpecie differentia cadit. Meliores ſiquidẽ galliæ q̃ galli. rurſũ ſi neceſſitas cogit capræ q̃ hirici caſtrati. mares q̃ feminæ iuniores q̃ uetuli Fallit in porcis q ſemeſtres uel anniculi eſui meliores habent ueruecei quam agni Enutrita in montibus quã in planicie aut paluſtribus locis. Depaſta glandem caſtaneam:triticum. hordeum:fabam. panicum:millium. quam uel furfures. uel herbam ut in porcis ac gallis guſtu deprehẽdimus. Laudabiliora ſunt item quæ media inter macilentiam & nimiam obeſitatem ſunt: quã quæ aut perpinguia. aut macra nimis habẽtur. Pinguia enim appetentiã remouent. concoctionem diſturbãt. ac ſtomachũ laxant. Hanc ob rem ex obeſa carne macram: rurſum ex macra pinguem tutius comedemus. Præterea ut hyeme calidis. ita æſtate frigidis ueſcemur ut hædulo pullaſtra acidis ac frigidis æſtate. hyeme pipionibus. calidis & ſiccis autũno conturnicibus ficedulis uere auiculis e nido poſtea quam pennas emiſerint ſublatis. hyeme item turdis ac merulis. Eſt

item in coctura magna differentia. Pinguior caro melior aſſa quam elixa eſt. Rurſũ ſtrigoſa uel macra melior elixa q̃ aſſa q̃ medium tenet quouis modo apte coquetur. Magis etiã nutrit aſſum & ſi difficilius cõcoquit̃ q̃ elixum: rurſum iurulentum quam frictũ: Verũ ne in his diutius q̃ ſatis ẽ commoremur ad exp icandã uim & naturam aïalium: quibus tum ad neceſſitatem. tum ad luxum & lauticẽ hũana conſuetudo ueſcitur trãſeamus.

¶ De Boue.

Ouem: cuius appellatione taurum & uaccam ac ui/
b tulos uoco: magno uſui eſſe mortalibus nemo eſt q
ambigat. A ratione: uectura. lacte: caſeo corio ad calceorum uſum. Hinc eſt quod apđ ueteres tam capitalis habebat̃ qui bouem ſine cauſa quam qui hominẽ ocidiſſet. Quoſdam etiam apud romanos in exilium actos legimus. quod bouem tanquam colonum interfeciſſent. Coluere quoq; ægiptii peculiariter numinis uice bouem quem apim uocabant ſummum apud illã gentẽ deum: q̄ hoc aïal ob eius uſum & innocentiã honore diuino dignũ uideretur. Init feminã taurus uno ictu quæ mẽſe decimo parit uel grægi uel uſui hoïum. Lactẽtes adhuc uitulos appellãus. hos lanii ad cultũ emũt Occiduntur & boues nõnunq̃ ac uaccæ: hædum ſterileſcũt. illi dũ aratrum & plauſtrũ renuũt Caro bubula frigidæ ac ſiccæ nature ẽ difficillie. & coquit̃ & cõcoq̃t̃. craſſũ turbidũ ac melãchõicũ p̄ſtat alimẽtũ. Ad quartanas ſcabiẽ & leprã hominẽ ĩpellit. At uitulina tutius comedit̃ tẽperati eni alimenti fere extitit hanc itaq; non iniuria menſæ nobilium crebro repetunt.

¶ De Oue Agno & Veruece.

Vis agno ueruece: lana: pelle: lacte: caſeo: ſtercore:
o hominibus uſui eſt. Ariete ut marito ad propagãdũ genus utitur. Qui quo ſenior eſt eo melior ad in eun

das oues habetur. Agnas faſtidit. uetulas ſectatur. Fert uentrē
ouis quinos mēſes. mares deinde uel femellas parit Femellas
in ſpem gregis ſi uolet retineat paſtor. Ex marib9 arietem gre
gis maritum diligat: reliquos dum adhuc lactent laniis uendat
Quos in numeꝝ ueruecum referri uolunt eoſdem non mino
res quinqꝫ menſium caſtrare oportet. Horum caro ſalubris eſt
& agnina melior. Calida eni & humida habetur ad tēperamē
tum tendens: Illa uero plus humiditatis quā caliditatis habet.
Ouem arietem dentibus ne attingas. non modo eni eius caro
non prodeſt. uerum etiam uehementer obeſt.

¶ De Capra & Hædo.

Apra hædo lacte q̄ ſalubri: caſeo pelle in caſtroꝝ uſū
hominē iuuat. Unde & hyemē continuare ſub pelli
bus maiores dicebant. his etiam nautæ utebant: uil
lis. n. aq̄ pluuiam reiiciūt. Cinyphea capellæ oli in precio erāt
quia maiores mēſe q̄nto pariūt. In q̄buſdā lactis magna uber
tas. Ex his hædi lactētes eſui ſūt optimi. Capellas auribus ſpira
re nō naribus: nec nūq̄ febre carere. Archelaus auctor ē. Ideo
qꝫ fortaſſis oīa his q̄ ouibus ardētior. Hāc ēt ob rem in cōcubi
tus calidiores tradunt. Noctu ēt nō minus q̄ die cerner credū
tur. Depēdet oīum mento uillus: quē aruncū uocāt. Hoc ſi qs
unā ex grege trahat. cæteræ ſtupētes intuent. Morſus eaꝝ ar
bori exitialis oliuā lambendo ſterilē quoqꝫ faciunt: eaqꝫ ex cauſa
Mineruæ imolant. Capellæ atqꝫ hirici fetidi carnem ne degu
ſtato. Hædinam quæ nulla inter domeſtica aīalia potior habe
tur edito. Paꝝ. n. recrementi in ſe habet. facillime concoquitur
bene alit. ſanguinem bonū generat calido & frigido cōtēpera
tum. Hic cibus cōuenit laute uiuentibus ut Auguſto & phoſ
phoro Lucretio non itē qui pythagoreoꝝ pietatē laudat & rē
ruſticam ſectatur. ¶ De Ceruo

Eruus:quem dictū putant latratus
c ac morſus canum perhoreſcens ad hominē cōfugit.
Minus itē fugiūt humana ueſtigia q̄ ferma. Conce
ptus femellaꝝ eſt poſt arcturi ſydus. Octonis mēſibus partū
ferunt: Gemellos interdū edūt Simplex nimiꝫ aīal eſt. ac reꝝ
omniū miraculo ſtupens. ſagittas. n. & arcū uenātis cum ad
miratione intuenť. Tranſnatāt flumina q̄tū uis lata ac maria
cerui gregati capita clunibus præcedentiū īponentes uicemq;
reddentes donec olfatu terrā: quam nuſq̄ uident addiere. Soli
mares cornua hñt quibus uſq; ad annos ſex ſingulos ānos adii
ciunt Mutatur aliquando his color in candidum: qualē fuiſſe
Q. Sertorii ceruam tradūt: quā eſſe fatidicam hiſpaniæ genti
bus imperator nobiliſſimus perſuaſerat. habent hæc animalia
cum ſerpentibus pugnam eoſq; cauernis ſpiritu narium extra
hunt. ac pedibus conterūt. Ideo cerui cornua in abigendis ſer
pentibus ſingulare remedium habenť. Viuer̄ ceruos poſt cē
tum annos ex aliquibus capitis cum torquis & quidē aureis ac
cute propter obeſitatem opertis quos Alexander magnus in
diderat deprehenſum eſt. Febrium morbos non ſentit hec ani
mal: hanc ob rem quidam principes omnibus matutinis die
bus ex hac carne deguſtare ſoliti: longo æuo febribus caruere
Ceruina uero bubulæ fere aſſimilis eſt. Tarde enim concoqui
tur: parum alit: ac bylem atram auget Eſui tamen æſtate. præ
cipue uero menſe auguſto quam hyeme ſuauior eſt: hanc nō
edat noſter Brutꝰ & Celius: ne omnino melācholia obruanť

¶ De Vrſis

Nitio hyemis urſa concipit: nec uulgari quadrupe
i dum more ſed cubante ſecum mare compreſſiq;. Tri
geſimo die parit carnis fruſtrum. ūde ungues tantū

prominent.hoc lãbendo paulatim figurat. Hyeme quaternis menſibus latent. Primis diebus his ſeptenis tam graui ſomno premuntur:ut uulneribus uix excitentur. Tunc enim mirum modum ueterno pigreſcunt. Illi adipes medicaminibus ſunt apti:contraq́ defluuium capilli tenaces. Poſt hos dies priorũ pedum fructu uiuunt. Credit theophraſtus eodem quoq́ tẽpore coctas urſorum carnes ſi aſſeruẽtur increſcere ualidiſſimo urſo caput:quod contra leoni fortiſſimum eſt. Tauros ſupra cætera animalia infeſtat. Capitur laqueis & falcibus. Eius caro tarde concoqtur:ſpleni atq́ epati obeſt. Multa recrementa generat:appetentiam tollit:ac faſtidio edentes afficit.

¶ De Damis.

d Ama:quã etiã græci dorcada uocant: capreæ genus eſt :raro manſa fieri poteſt. Cum capreolis ferei qualitatibus conuenit. Bonum nãq́ alimentũ ei⁹ caro ueſcentibus præſtat Modici recrementi eſt:ſanguinem tamẽ ad atrã bilẽ quoquo modo tendentem efficit.

¶ De Leporibus & Cuniculis.

q Vi leporem a leuitate pedum ſumpſiſſe nomen dixerunt falluntur(ut ait Varro)q́ antiquum ſit uocabulum & græcum. lepoꝝ ſunt genera:maius & minus. Maius id ẽ:quod in alpibus.in collibus:ĩ planicie ſub dio uiuit quodq́ uoluptatẽ uenandi hominibus præſtat. Minus qđ ſub terra in cuniculis:unde nomẽ accepit uitam magna ex pte ducit. Hoc capi niſi ſupbe eiectũ non poteſt. Alpini leporibus & quidẽ magnis pro cibatu hyeme ueſcuntur. Cuniculis adeo baleares inſulæ exundauere:ut certum ſit balearicos ipſos cõtra innumerã eoꝝ turbã ab auguſto militare auxiliũ petiiſſe. Cuniculi caro melius ac facilius alit q̃ leporina: quæ quidẽ frigide ac ſiccæ naturæ eſt & ob eam rem bilem atram facit.

¶ De Hiſtrice & Ericio.

IN india & aphrica hyſtrix peculiariter generat. Ericio uel ut ait Pli. erinaceo ſimilis ſpinis tergus hiſpipũ habet: quas tenſa cute plærunq; laxatas uoluntaria iaculatiõe in hora canum urgentium iacit. Latet ut urſus q̃tuor hibernis menſibus. Huius caro ut erinacea licet non admo inter eſculenta comedatur. Stomachũ tamẽ adiuuat: aluũ ſoluit: lepram ac ſcabiem diminuit. Salitam hydropiſim mitigat mingentes in lecto: quo minus id faciant adiuuat. Sunt qui & taxos & glires cenis addant. quæ animalia in qualitatibus hyſtri haud multũ diſſimilia ſunt. De glire hoc anotatum eſt: nõ congregari niſi plures in eadẽ ſilua. Et ſi miſceantur alienigene dimicando aut uincere aut interire. Genitores præterea ſuos ſenecta feſſos inſigni pietate alunt. Hyberna qeta gaudẽt. Recõditi eni & hi cubat Rurſum æſtate iuueneſcunt. Similis & muſtelis quies.

¶ Platynæ de honeſta Voluptate. Liber quintus:

¶ De Auibus Eſculentis.

QVi pauones & aues eſculentas ad patinas trãſtulere: illi quidem nequaq̃ mihi diſſipere uiſi ſũt cũ ex his obſonia fiant cæteris ſuauiora: & regũ ac principum menſis q̃ humilimum: & minimi cẽſus hominum magis conuenientia. Caueant igitur plebei & populares: & quibus (ut ait Satyrus) res legi nõ ſufficit tale aliquid dilinguant ne dũ comedant. Lautorũ hæc erunt obſonia & eorum maxime quos non uirtus & induſtria ſed fortuna atq; hominum temeritas ex infima ſorte: in pote e ganeis e ſtabulis e popina non ad diuitias quod eſſet ferendũ ſed ad ſummos dignitatis gradus exercere. Hi ſunt quos gra-

tia pauones ac phaſiani nati aut capti uidetur. His precioſa ueſtis: præcioſa ſupellex: quicqd præclaꝝ natura extulit debet᷑. Cepā & aliū mecū deuoret. Pomponius: Adſit Septimius: & Septumuleius Campanus: Nec extra tridiū pnoctet Coſmicus: hunc ſequatur Partheneius & Podagroſus Scaurus: Fabium Narnienſem: Antonium ruffum & Mecenatē non reiicio: q paupertatē ſponte amplectuntur: Et ne mihi ſuccenſeat Cincinnatus: Hunc quoq; Demetrius ad cœnam holitariam uocet: quādoquidē ita fortunæ placet q̄ relictis induſtriis ignauiæ fauet.

De pauone.

u Eniat ante oēs aues ad patinā pauo: & qn̄ uiuus gloria delectat᷑: mortuus quoq; eiuſdē ſit pticeps. Q d᷑ gloria capiat᷑ pauo ex hoc deprehēdimus. Laudatus enī gēmatas alas ex aduerſo ſole: quo melius uideat᷑ cū iactatione expēdit. Idē annuis uicibus cauda amiſſa donec ſubcreſcit pudibundus quærit latebras. Viuit annis q̄nq; ac uiginti: Colores incipit ī trimatu fūdere: ab auctoribus nō glorioſum mō hoc aīal tradit᷑: ueꝝ ēt maleuolū. Pauonem primus orator hortēſius occidit in ſacerdotii cœna. Saginare eos. M. Aufidius Lurco primus inſtituit: ex eoq; quæſtus pentus ſuos miꝝ īmodū auxit. Sunt q uelint pauonis carnē craſſi & modici alimēti: ac difficilis cōcoctionis eſſe: melācholiāq; augere. Eiuſdē q; naturæ ſtrutii caro habet᷑: quē aphrica peculiariter nutrit.

Anſere & Anate.

a Nſerē tā ſilueſtrē q̄ domeſticū cane uigilātiorē eſſe teſtata ē capitolii galloꝝ tpe acerrima p. M. Mallium e lāguore excitū defenſio. Hanc ob rem cibaria anſerum cenſores in primis locabāt. Anſer mortalibus pluribus in rebus uſui eſt. Cuſtodia de qua diximus: pluma q̄ qbuſdā ī locis bis in anno uulſa culcitras facimus: ut delicatorū ceruices

mollius recũbant. Carne quã recẽtẽ & ſalitã comedim9: adi/
pe quo plura cibaria cõdiunt. Iecore in quo maxime excellit
ſi lac prius uel mulſã ĩbiberit. Meſſalinus cocta Meſſalæ ora/
toris filius pedes anſerinos toſtos & depilatos ẽt cũ criſtis gal/
linaceis in patinã addebat quaſi rẽ inter obſonia præclarã Ego
uero hãc ãt atq; quas Columella hoc eſt terra &
aqua uictũ querentes uocat: mali nutrimenti crediderim eſſe.
Tutius. n. & alis & pectore ueſcemur. Non multũ ab his dif/
ferunt anates. Quæ pectore tantũ. (ut Martialis affirmat) &
ceruice ualet: cætera redde coquo. Anatis caro anſerina calidio
rem uim habet.

De Grue.

a B mari eo ueniũt grues: lõga quidẽ pegrinatione: du/
cẽ quẽ ſequant deligunt. Habent & in extremo ag
mine q gregẽ uoce cõtineãt. Excubias noctu faciunt,
lapillũ elato altero pede cõtinẽtes ut relaxat9 ob ſomnũ: ac de
cidẽs negligẽtia cuſtodis coarguat. Cæteræ dormiunt capite
ſubter alã cõdito: alternis pedibus ſubſiſtẽtes. Dux erecto p/
det collo: ac prædicit. Ad nos uenientes indutias tantiſper pyg
meis: qbus cũ dimicare cõſueuerũt relinquũt: Captæ uel pedi
ca uel retibus ad mẽſas trãſſerunt. Ex his cibaria quouis mo/
do cocta tarde coquũtur atrã bilem augent: & recrementi in
ſe q̃ alimenti plus habent.

De Ciconis.

c Iconia in cibariis grauibus anteferendã. Cornelius
nepos: qui diui Auguſtu principatu obiit affirmat: q̃
pauci nunc uelint tangere ne dum eẽ ob paſtũ credo
quem e ſerpentibus & luridis beſtiolis colligunt. Vnde ueni/
ant ciconiæ & quo ſe tranſſerant incertum ẽ: e longinquo ue/
nire nulli dubium: & eo quo grues modo. Sed hæ ueræ: il/
læ hieme ſunt aduenæ. Abituræ congregantur in loco certo
ita gregatim: ut nulla ſui generis reliquantur: niſi captiua &

ſerua.Prædicta die diſcendūt ita occulte:ut nemo uideat diſce
dentium agmē cū tamē diſceſſuras appareat nec uenire prius
quam ueniſſe cernim9. Vtrūq; fit nocturnis temporibus.Lo-
cus in aſia eſt phitonoſconiā uocāt patentibus cāpis:ubi con-
gregatæ inter ſe cōmurmurant.edēq; nouiſſima uenit lacerāt.
Sunt q ciconis non ineſſe linguā affirmēt:ob ſerpentū exitiū:
tantus his honos habet́.ut apud theſſalos capitale ſit ciconiā
occidiſſe.Huius auis caro eadem fere quæ gruis eſt.

¶ De Oloribus.

Ygnus græcum eſt nomen olore frequentatius:con
c meant ac remeant ſimili ratione olores qua anſeres:
& horum uolatus cernitur.Lyburnicarum more ro
ſtrato impetu ferunt́ facilius ita ſcindentes aera quam ſi recta
fronte impellerent.Colla ĩponunt præcedētibus feſſos duces
ad terga recipiunt. Fabuloſe narrat́ cygnos propriā mortem
flebili cantu præcidere.Ad patinas ueniunt eadem fere ratiōe
qua anſeres.

¶ De Hirundine.

Irundo quæ græce χελιδων dicitur a nobis: hyber
h nis menſib9 ad aphros aduolat.uer reddit Ex his aui
bus q̄ aduncos ungnes nō hn̄t ſola beſtiolis quibuſ-
dā uolando ueſcit́ Thebaꝝ tecta ſub ire negant́:qm̄ urbs illa
ſæpius capta ſit:Nec atria introeunt ꝓpter ſcelera Terei regis
Cecia eq̄ſtris ordis uir cōprehēſas in urbe ſecū ferēs uictoriæ
nuncias amicis mittebat in eundē nidū remeantes cū uictoriæ
colore Scripſiſſe Fabiū pictorē inānalibus ſuis ferunt.cū ob-
ſideretur præſidium Romanū a Lyguribus hirūdinum pedi
bus epiſtolam allatā lineo reuictam ſignificātē quo die aduen
tante auxilio erupton fieri deberet Tantæ celeritatis in uolatu
hirundo eſt:ut cæterarum alitum nimis obnoxia ſit.

¶ De Merulis Turdis & Sturnis.

Beunt merulæ turdi ſimiliter ac ſturni. ſed ĩ uicina lo

a ca. Occultant hæc aĩalia ſepib9 ibiq̃ hiberno tpe pa

bulũ q̃runt. In germãĩa hyeme turdi maxĩe æſtate in nr̃is montanis locis. autũno in plão & collib9 iueniunt. Hyeme præterea loca maritia & iunipis ac myrtis abũdantia etiam apud nos frequentant Merulaꝝ caro tarde cõcoquitur pauci alimenti eſt & melãcholiã auget: Turdi uero hyeme præſerti bene. ac multũ alũt. pauci recrementi ſunt. ab his ſolum cauẽdum eſt. ubi lapſanum. qđ gæci nr̃i napellum uocant comedũt. Sturni quos uulgo diabolicam carnem habere dicimus omnino ab obſoniis lautoꝝ reiiciuntur: hos comedat Vacera noſter. qui maſupio magis q̃ uitæ couſultum uult. Sturnorum hoc ꝓprium eſt caterua:i uolar̃: & quodam pilæ orbe circum agi omnibus in medium agmen tendentibus.

De Turture.

Ere turtur occultatur: pennaſq̃ amittit. loca ſabulo

u ſa libenter frequentat: capitur rete: ſaginatur. In ci-

bum ſumpta aluũ aſtringit: & ob hanc rem dyſentericis datur. Aiunt turturẽ femellã amiſſo marito arborem uiridem non attingere uolatu.

¶ De Gallinis.

Allina hominibus ouo. paluſtra: capo: gallo: uſui eſt

g ſiue illa ſit magna: quales patauinæ. ſiue ex pumilio

num genere. Galli gallinacei: qui ſalaciſſimi ſunt pro lis magis quã gulæ referuantur. Proſunt autem non hac in tm̃ humano generi: uerum ẽt in excitandis ad opa diurna ſocordibus. Horas noctis cantu diſtingunt. diem uenientem denũciant gregem galinarum diligentiſſime cuſtodiunt. Armatus ungue adũco & roſtra uicini gallum a grege abigit. cui palma contingit ſtatim in uictoria canit: ſeq̃ ipſum principem teſtatur. uictus occultatur ſilens. Hoc genus auium ſolum crebro

cælum aſpicit prædicitq́ cantu ſerenitatem ac futuram pluuiam Caſtrãt̃ galli dũ ad huc tenelli ſũt duob9 mõis Lũbis adu ſtis cadẽte ferro aut genitalib9 euulſis:quo facto ſtati pingue ſcũt. Affirmat Plí. gallinaceum in agro arinenſi. M. Lepido. P. Catullo cõſulib9 ſemel locutũ. Capos & gallinas ſaginar̃ ligu ritores ipſi inuenere. quo unctius: ac lautius deuorarent. hinc altiles dicta: q̃ ſagina altæ & enutritæ ſint. Auiaria ubi cicures atq́ omnia genera auiũ ſegregata ſarcirentur. M. Leſius Stra bo primus inſtituit: hiſq́ fractores q̃ rẽ curarẽt addidit. deſcripſitq́ quidcuiq́ aui ad fracturã apponendũ eſſet. Deberetur huic merito ſtatua in comicio: hãc Aruiragus. hanc. P. Gallus: hanc & germanicus noſter ꝓprio aere faciũdam curẽt cũ hi tanq̃ adoptiui iure hæreditario popinariã officinã freq̃ntẽt. Hyeme tamen melius q̃ æſtate ſaginatio fiet. probaliorq́ erit fractura. Gallinæ etiam eo tempore anni meliores. quia tũ minus fœtu exhauriuntur. Pulli qui nondum aut coire: aut ouũ petere æſtate dum tritura: dumq́ adhuc de uitæ amphacium pendet: eſui meliores habentur. maſculini tñ magis quã femellæ. Verũ ut tandem paucis abſoluam. oĩum auiũ laudes q̃tum ad obſonia pertiet una caro gallinacea compreſſa eſt. quid. n. popinis afferunt reliquæ altiles: quod non unus capus in ſe ha beat: ſiue elixum: ſiue aſſum uelis? Huius auis patica ſtomachum iuuat. pectus lenit. uocem ſonorem facit. corpus obeſat

¶ De Columbis.

C Olumbi pudicitia oẽs aues antiſtant. Plures enim in eodem colũbario mixtum degũt: neq́ tamen quis al terius connubia uiolat. Amorem mutuum querulo gutture ictuq́ roſtri oſtendunt. In uenerem crebro ruunt. fre quenti pedum orbe facta adulatione. Idem faciunt & palum bes, uerum quia ſemiferi ſunt rarius fetant, Viuere palumbes

ad trigeſſimum annũ Ariſtoteles auctor eſt Colũbi aũt & tur tures uix octauũ attingunt annum. Ex his pipiones minus pē-niti calidæ ſunt & humidæ pluſquã ſatis eſt naturæ. & ob hãc rem tardæ concoctionis habentur. multum alimenti: ac plus ſanguinis generãt unde inflãmationes & febres oriũtur. Qui tentare tam uolatũ incipiunt: ſalubriores nimiꝝ habentur: maxime uero ſi cocti ex agreſta fuerit. nebiloſis caliditatẽ obſint: Hic cibus pituita laborantibus non incongruit. Ab eſu ueteꝝ omnino abſtineas. durioris enim alimenti ſũt. & improbandi

ℂ De Ficedulis. & Paſſere.

Ficedulaꝝ carduelliũ reliquaꝝq; auiuũ minutaꝝ caro ſi pingues ſit modo non nidificent: boni alimenti eſt. Abſit a patinis noſtris paſſer: qui eſui ſumptus ob nimiam caliditatem male alit. difficulter cõcoquit̃ & libidinẽ excitat Hæc auis ut minie uitæ eſt ita ſalaciſſimæ. Mares negantur anno diutius durare. Feminis lõgior aliq̃tulũ uita. Nollem carduellos deuorari plus. n. uoce q̃ patina homiem delectant. Imperata eni faciunt: & pedibus. atq; ore ꝑ manibus utuntur ut his quẽ in cubiculo Frãciſci Gonziaci Cardinalis cibum ac potum duobus uaſculis æqlibribus funiculo ad ſe trahentem cum uoluptate pariter & admiratione cernimus. Huius uice alabdam comedamus: & carne & iure non inutilis hoi eſt:

ℂ De Coturnice

Coturnix parua auis eſt; & cum ad nos uẽit terreſtris potius habetur quam ſublimis. Aduolant hæ auiculæ non ſine periculo nauigãtium. quippe uelis ſæpe magno agmine incidunt: noctu præſertim nauigiaq; mergũt auſtro non uolant uento ſcilicet humido & grauiore. Aura tñ uehi uolunt propter pondus corporum uireſq; paruas hinc illa uolantium conqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo ma-

xime uolant ortimethra duce. Græci enim coturnicē. uocant. Primū earum terræ appropinquantē accipiter rapit. Vltro citroq̧ iture comitatū ſolicitant. Coturnicib9 ueneni ſemen gratiſſimus cibus. Hanc ob cauſā quibuſdā tēporib9 eā externe dānauere menſæ: noſtræ non item: quibus autumno. Qualea ſic.n. uulgares appellant in prætio eſt. Vere cū redit inſipida & mali alimenti. habetur. In littore Antiaci captas edi cum Marſo meo nihil inſipidius.

¶ De Perdicibus & Phaſianis.

PErdicibus in nidificatione mira ſolertia ineſt. ſtipitibus eni ſe quaſi uallo cōtra feras muniūt. Maritos ſepe fallunt tranſmutatis ouis quoniam intēperātia libidinis eaꝝ oua frangunt. Dimicāt inter ſe mares ob amorē: ut coturnices & gallinacei ſolēt. Tātæ ſalacitatis hanc auē eſſe q dam exiſtimāt: ut cōncipere etiā ſolo odore maris aut eius uoce audita poſſint. Perdicū uita ad. xyi. annos durare exiſtimat Inter aues huius caro bñ ac facile cōcoquitur: paꝝ recremēti: nutrimēti multū in ſe habet. Cerebri uim auget: geniturā facit ac demortuā uenerē excitat. Phaſiani caro mediū quidā inter perdicem & capū obtinet: licet Auerrois eum quātum ad obſonia pertinet cæteris auib9 anteferat. Nec imerito qdē ſi uim fabulæ attendimus. Itym ſiquidē Terei thracū regis filium in phaſianū conuerſum fabulæ narrant. Quare quid decēti9 regum ac lautorū menſis apponatur q̃ phaſianus non ſatis uideo: ut eo tandem redeat: unde digreſſus eſt: Hoc tragico ſcelere caret Pomponii menſa: qui cepas atq̧ allium a ſcaloniūue pro ity conuiuis apponit.

¶ Que differentia inter animaliū partes ſit.

ANimalium capita maxime uero quadrupedum & ſi craſſi ſunt alimenti multū tamen nutriunt. ad febres

biloſas hominem impellunt. Genitura uirilem mirifice augēt Vola ilium crebra quã quadrupedũ ſalubriora ſunt. Verum cum cerebri uis frigida ſit & humida ex frequẽti eius uſu pitui tæ generant humores ſtomacho faſtidium offert:& ſi poſt ci bum aſſumit uomitũ. In principio cœnæ nõ itẽ:maxime autẽ ſi mentha:aceto:atq; aromatibus fuerit conditũ. Si concoqui- tur natura calidis cõfert:ſemen uirile auget. ac aluũ lenit: aiũt cerebella leporis & cũiculi cõtra uenenum plurimum poſſe. Oculi aĩalium ſi tenerrimi ſunt & pinguis beſtiæ cũ ſint & hu midi moderati alimenti habentur. Hic bolus ophthalamia a liguritoribus uocat. Lingua humiditatẽ in ſe habet fere tẽpe- ratã inter durum & molle. Verũ ſi cum glãduloſa carne. quæ ei innoxia eſt:quæq; glutinũ quoddam in ſe & humiditatẽ ha bet coquit:& cũ aromatibus conditur:ſuauis eſui eſt:nec in- ſalubris habetur. Cor frigidum & ſiccum:& ob eã rem melã- coliã auget:tarde concoquitur:non tamẽ parum alit: De mor tuo corde loquor uiuens enim: caloris receptaculũ eſt. Pulmo uiuẽs calidæ & ſiccæ q̃litatis eſt mortuus frigidæ & humidæ ob eius ratã texterã & leuitatẽ modici alimenti habetur. He- par q; & iecur licet appellare:groſſos generat humores:diffici le cõcoquitur:appetentiã tollit. Lactentiũ iecinora minus ta- men inſalubriora putantur. Gallinacea & anſerina ſiue aneti- na his adduntur. Capraꝝ hircoꝝ iecinora fugito ne ĩ epilenſiã incurras:quam noſtri comitialem morbum appellant. Cõtra uero epar lupi non modo non nocet uerum ẽt hydropiſim cu rat. Valet itẽ epar rabioſi canis tritum & ex aqua potum con- tra morſum alterius rabie ſæuientis ubera q̃a fibroſa & cartila ginoſa ſunt frigidæ uis & ſiccæ habentur. Hinc eſt q; craſſũ præſtent alimentũ:& quanto lacte abundantiora ſunt: tanto maioris ſunt alimenti. Splen ſiue lien acorẽ quendam in ſe ha

hinc eſt ſtomachum & appetentiã iuuat. Cito tamẽ ſatiat: Eius freques uſus bilẽ nigrã facit. Porcinus ſplen cæteris mi nus habetur. Alæ auiũ in cibũ ſumpte ſaluberrimi ſunt alimẽ ti: præcipue autẽ gallinaꝝ. Sũt qui & anſerinas his addãt. Fre quẽti enim motu ſi quid mali ſuci ineſt purgat. Similiter quo anſerina & gallinacea colla cæteraꝝ uolatilia meliora putan tur: ſi ſanguine intercutaneo caruerint. Grauis ſaporis renes urinæ receptaculum: & quaſi colla quædam humidoꝝ recre mẽtorum ſunt. Difficillime item concoquuntur: ac in malum uertuntur humorem. Lactẽtis tamẽ hædi renes quia nihil ad huc terreſtræ habẽt: nõ iprobant. Peſſimi ſunt alimenti: ac bi lẽ atrã faciunt recremẽtorũ oĩum receptacula licet obeſent. Minus tñ iprobãda ſunt auiũ: præcipue aũt gallinæ uẽtricula & inteſtina. Junioꝝ aĩalium teſticuli q̃ uetulorũ q tarde cõco quunt: ꝓbabiliores habeat. Gallinacei tñ nunq̃ iprobant. nõ diſplicuit mihi Palelli hoſpitis nr̃i patina: q pedes uitulinos bñ lotos & coctos cũ iuſculo aromatibus inſparſos: in cœnã mo re romano attulit. Inditũ quoq; aliqd ex aceto putari adeo ap petentia excitabãt. Apponi hæc patina prima menſa cõſueuit. Boni & facilis extat alimẽti: pectori cõfert: tuſſim lenit: meatus urinæ exulceratos ſanat: diſſentericis prodeſt. A medicis tñ in teriores magis q̃ poſteriores animaliũ partes probantur.

❡ Platinæ De Obſoniis. Liber Sextus.

a Ctum profecto nil hactenus uideretur explica ta earum reꝝ natura: & ui quibus humana con ſuetudo ueſcitur: niſi deinceps obſoniorum cõfi ciendoꝝ rõ: qua & coq: & popinarii utuntur: or dine præberent. Nõ.n. omniũ edulioꝝ eadẽ eſt coctura: eadẽ cõditura: eodẽue tpe. Elixa debet eſſe bubula: & uacina caro elixũ uituli pectus. Dorſum tamen ſeu ſpinã ma

lis appellare aſſaturã requirit.Coxas eiuſdem in pulmamẽtũ rediges.Tutum ueruece nõ iniuria elixabis:licet ex ſpatula & coxis bona fiat aſſatura.Suillam carnẽ quoquomodo coxeris inſalubre inuenies:Eius tamẽ ſpina ubi recens eſt aſſa ad gulã facit.Sunt qui cepas in eius feruenti adipe coquãt:deuorẽtq́ hædi utrũlibet cocti ſuaues:& ſalubres ſunt.coxe tñ aſſæ meliores hñt.Eadẽ & de agni coctura.Caprinã carnẽ ſi uoles mẽſe ianuario cũ alliato comedes.Cerui uero anteriorẽ partem ĩ iuſculo laridario coques:lumbos aſſabis:ex coxis paſtillos:aut pulpamenta facies.Eadẽ & capreoli:damæ:ac capræ coctura. Aprũ in piperato:aut in laridario condies.Leporẽ aſſum recte cõuiuis appones:poſterior tamẽ pars melior habetur.Anteriorẽ nõ iniuria in piperato uel laridario coques.Eadẽ ẽ & de cuniculo coctura.Sunt qui urſinam carnẽ ex paſtillo comedant.

¶ Quomodo coquẽdæ Aues Cicures & ſiluaticæ.

a Ves amphiuias:hoc ẽ terra & aqua uictũ quærentes ut:anſerẽ:cygnum:anatẽ:gruẽ:ciconiam ac cætera eiuſdẽ fere naturæ elixabis.Pauonẽ uero phaſianum coturnicẽ.pdicem:turdos:merulas ficedulas:gallinas ſiluaticas aſſabis.Hæ quoq́ aues elixetur cũ pipere & ſaluia non inſuaues uidebunt.Capos ꝑpingues aſſos:medios inter maciẽ & pinguedinem comedes.Idem fiet de gallina & pullaſtra.

¶ Elixum.

c Arnem in fruſta cõciſam ꝑ horã in aqua fridida ſines bñ deinde lotã cũ aqua calida:atq́ iterũ recẽti in cacabo lato.ne anguſte buliat ad focũ pones:ſalẽq́ indes anteq̃ efferueat.Vbi ebullire occipiet.bene deſpumabis.Si uideris ſabulũ aut terram cõmixtam ſali aque calidæ coclearẽ accipies huicq́ ſalẽ infundes.In fundo ſabulum & qcqd terre

ſtre erit reſidebit ſal in ſummo cum aqua natabit. Hãc colatã cacabo infũdes. At ſi caro ãnoſa fuerit. eã crebro cochlea ri exi mes: recentiq; aqua humectabis: idẽ facies ſi gallinæ uel capi anniculi fuerint. Alba hoc modo cum iure caro remanebit

ℂ Aſſum.

a Sſum ex quauis carne hoc modo facies: ſi annicula erit: ubi modicum ebullierit ex cacabo exẽptam illa ridabis: uoluiq; ad ignem iubebis quo ad bene coq̃t. At ſi tenella fuerit. ut uitulia & hædia ſiue elixatura eo modo quo ſuperiorem deques Capos: phaſianos hædulos. perdices & quicquid ſiluaticum aſſaturam requirit bñ deplumatos exẽ teratoſq; in feruenti aqua lauabis lotos ac pro appetentia odo riferis herbis pipere & larido bene cõciſſo refertos ad focum lẽto primum igne coq iubebis at ubi paululum a coctura abeſ ſe uideris. ſalem cũ trito pane circũquaq; aſpges: excitato ma iore qua m antea igne: inuolutoq; uolubriore manu ueru. Vñ ſtatim exemptã carnẽ exhalareq; pmiſſam ad cõuiuas deferes

ℂ Piperatum ex ſiluaticis.

P Iperatum cum quauis carne ſiluatica hoc mõ facies. Incatinum tm̃ ex uino nigro auſtero indito q̃tum ex aqua optimeq; in eo carnes lauato: loturam deide colato: additoq; tamen ſalis: quantum res exigit. Eandem aquam cum carne in lebete ad ignem ponito. Coctam carnem eximi to. in patinaſque diuidito. bucellas panis in craticula torreto. to ſtas in aceto remolleſcere ſinito. Vbi acetum ſatis imbiberint una cum libra paſſularum eas optime conterito. Huic oportu ne ſanguinis ipſius beſtiæ adheret. uel iocuſcula ſi fieri poſſet contrita. Hæc deinde cum ipſo iure miſceto: additoq; parum ſæpe aut defruti cũ aceto illo cum quo panẽ maceraueras po ſtea uero per cribꝝ ſetaceum hæc oĩa ſimul facito tranſeãt. In

dita in cacabum aſpſa pipere chariophilo. cinnamomo.ut uo-
les facito æqualiter bulliant p dimidium horæ in carbonibus
agitãdo ſæpius cum tudecula uel cochleari. Carnẽ poſtremo
cum larido frictã. diuiſãq; in patinas hoc piperato cõdito con-
uiuiſq; apponito. Multũ & cõmode alit: ſtomachũ fouet. cor-
pus obeſat biloſis tñ nocet. calculũ facit plus minuſue ſecũdũ
rerꝝ ipſarꝝ compoſitionẽ. ¶ Ius Laridarium

i Vs laridariũ cum q̃uis carne ſiluatica hoc modo faci
es in catino ubi tm̃ ex uino albo q̃tũ ex aqua bene la-
uabis loturãq;(ut par eſt)colabis cũ hac lotura. cũq;
larido ac ſaluia minutati conciſa carnẽ in lebete coques. ubi ꝓ-
pe cocta fuerit aromata ſuffundes. Vt uero craſſius aliquãtu-
lum ioſculũ fiat: oui uitella duo & q̃dẽ ꝑdura cũ quibuſdã bu
cellis pãis ſicci ne oĩo toſti ſimul cõteres: cõtrita cũ iure miſce
bis: infũdeſq; i cacabũ. Meli9 tñ fieret hoc aut ex ſanguie. aut
ex coctis. aut cõtritis iocuſculis eiuſdẽ aĩalis Coctã carnẽ in pa
tinas tuo more diuides: cõuiuiſq; aut minutati aut in fruſta cõ
ciſam cum ipſo iure apponẽs: Multi & hoc alimenti eſt: ſto-
machum tamen crebro ueſcentibus facit. Epar & renes conca
lefacit: biloſis nocet: ſolis pituita laborantibus conuenit.

¶ Cibarium ex ſiluaticis.

c Ibarium qđ uulgo corrupto uocabulo ciuerum ap-
pellant ſic facito. Carnem ſiluaticam cum aq̃ & ace-
to pari menſura coquito: coctam ex iure eximito ſi-
nitoq; in pinace. uel(ut latine dicã)orbe tandiu reſideat donec
hũor exierit: eã deide in optio larido frigito. At ſi duas patinas
condire uolueris paſſulaꝝ libram: ſelibrãq; amygdalaꝝ cũ ſua
pelle cõterito hiſq; bucellas panis non nimium toſtas. & atro
uino remolitas ac tũſas addito: permiſcetoq; oĩa cũ iure in quo
caro cocta ẽ. Facito poſtea hæc oĩa ꝑ cribrum farinãceũ in ca-

cabum tranſeát:ebuliátq; ſimul in carbonibus lóge a flãma p dimidium horæ curato:Si aromatum cupidus aut ſecus eris. ex gingiberi aut cynnamo pl⁹ minuſue adito.Cepulã poſtremo in ollula cũ larido teſſelatim cõciſo bene coctam ac tunſã i cacabũ dimittito.finitoq; paululũ efferueat:ac deinceps in patinam cũ iuſculo diuidito.Nutrit & hoc tarde concoquitur.faſtidium mouet:caput lædit & oculos epati nocet. uentrẽ ciet. biloſis obeſt & pectori ¶ Paſtillus ex ſiluaticis.

E X ceruo uel capreolo paſtillum ſic facies. In fruſta haud magna carnẽ cõcides.Vna bullitiõe cũ aq̃ & aceto ſaleq; remolitã ex cacabo eximes:ſineſq; i q̃dra dõec ius exinaniet.pip deinde & cynnamũ cõtritũ ſimul cũ larido tũſo in modũ placentæ ſubiuges.carnẽq; additis q̃buſdã per lõgũ laridi teſſellis hoc q̃ſi foliato iuolues:ideſq; circũq̃q; cariophili grana farinã deinde bñ excretã ſubiges. ex ſubacta cruſtam groſiorẽ unicuiq; fruſtro circũuolues.i furnoq; lẽto igne optĩe coq̃s.Appõi hæc ſtati conuiuis:uel ſeruari in mẽſẽ aut ſaltẽ dies.xy.poſſũt.paꝝ oĩo alit:tarde cõcoquit̃:ſtõachũ laxat ſpleneticis & epaticis nocet:pectus exaſperat.

¶ Paſtillus ex Cicuribus.

C Icures appello omnia quæ domi alunt̃:ut uitulũ capum gallinã & ſilmilia.Ex his paſtillũ ſic facies.Carnis macræ quãtum uoles ſumito minutatimq; gladiolis concidito. Vitulium adipem cum aromatibus huic carni bene miſceto inuoluta cruſtillis in furno coquito. Cocta ubi prope fuerint.duo uitella ab albore ouorum excreta cũ modico acreſtæ:cumq; iure perpingui bene tudecula agitata in paſtillum infundes.Sunt qui modicum croci ad ſpeciem addãt. Fieri & hic paſtillus in patella bene uncta etiam ſine cruſta poteſt capum pullaſtram;& quicquid uoles integrum & in fru-

ſta conciſum in paſtilo pro uoluptate optime coq̃es.In hoc
& multum alimenti ineſt:tarde concoquitur Pauca recremen
ta in ſe habet,cor epar & renes iuuat:obeſat:ac uentrem ciet.

❡ Cruſtra ex Cicuribus

I cruſtam uoles ex pipiōibus & quamuis aue:primū
ſ facito ebuliant:ubi ad coctūram fere uentum erit.ex
lebeto eximito:exempta in fruſtaq; conciſa in ſartha
gine cum abundāti larido frigido.Inde in patellam uel teſtum
bene unctam:cruſtaq; inſtratū deuoluito.Huic pulmēto n̄ in
iuria pruna & ceraſa uel auſtera addes.Acreſtā deinde & oua
octo:ſi plures conuiuas habebis:uel pauciora:ſi paucos cum
modico iure tudecula agitato.Huic petroſellinum ,amaracū
mētham gladio minutatim,quod fieri poteſt:conciſam admiſ
ceto ad ignemq; ponito longe tamē a flamma.Lente eni ebul
liat neceſſe eſt.Cochleari interim tandiu miſceri debet:donec
cochlearem ob graſſitudinem integat.Fundito poſtremo hoc
iuſculum in cruſtam:ad ignemq; ac ſi artrocreas eſſe ponito.
coctam conuiuis apponito.Multum alet.tarde concoquitur.
pauca recrementa reliquet.bilem reprimet:corpus exaſpabit.

❡ Frictum ex qua uis carne:

Rictum ex altilibus & qua uis carne hoc modo faci-
f es.Carnem uel aues bene exenteratas & lotas aut mi
nutatim:aut quadrifariam conciſas in ollam cum lari
do ad ignem pones.crebroq; cocleari ne lateri ſerie adhereant
conuolues.ubi prope cocturam fuerint maiorem partem lari
di eximes.uitellaq; duo cū acreſta agitata cumq; iure & aroma
tibus mixta in ollam fundes.Ebuliat tantum neceſſe eſt ut re-
cte coquatur. Hinc patinæ crocum addūt quidam ut colo-
ratior fiat. Non erit etiam a uoluptate alienum petroſelinum

minutatim cōciſum patinæ inſpargere conuiuiſq; ſtatim apponere. Alet multum & ſi tarde cōcoquitur bilē reprimet: cor epar & renes iuuabit.

¶ Paſtillus In Olla.

p Aſtilium in olla ſic facito. Carnē uitulinā cum adipe minutatim cōciſam in ollam ponito: pipiones & pullos ſi uoles adiicito. Ollā ipſam ad carbones longe a flāma ne cōcitate efferueat ponito. Vbi ebullire occeperit deſpumato: paſſulas deinde imponito. Cepā poſtremo minutatim cōciſam cum larido frigito. Frictam i ollam indito: ubi oīa ꝑpe cocta exiſtimaueris: acreſtā & aromata ſuffundito. Sūt qui & duo uitella ouoꝝ bene agitata cū acreſta infundāt. multū alet: tarde cōcoquet: nauſeā faciet. ſtomacho nocebit: epar & renes cōcaleſaciet: ſpma augebit: caput & oculos lædet.

¶ Miraufe Catellonicū:

c Atellani gens quidē lauta: & quæ ingenio ac corpore italicæ ſolertiæ haud multū diſſimilis habetur obſoniū ꝙ mirauſe illi uocāt: ſic cōdiūt: Capos aut pullaſtras: aut pipiones bn̄ exenteratos & lotos i ueru collocāt uoluuntq; ad focū tantiſpquoad ſemicocti fuerint. Inexemptos ac teſſellatim diuiſos in ollam indūt. Amigdalas deide toſtas ſub cinere calido abſterſaſq; lineo pāno terunt. His bucellas aliqd panis ſubtoſti addūt: mixtaq; cū aceto & iure per cribrū ſetaceū trāſmittunt. Poſita i ollam hæc oia inſpſaq; cynnamo gingiberi ac ſaccharo multo tandiu efferuere ſimul in carnibus procul a flāma lento igne permittunt quo ad iuſtam coctura peruenerint miſcendo ſemper cum cochleario ne ſeꝛie adhæreāt. Hoc nihil ſuauius cum Valiſcharo meo ediſſe memini. Multi eſt alimenti: tarde cōcoquitur epar & renes cōcaleſacit corpus obeſat uētrem ciet.

¶ Ut Pauo coctus uiuus uideri poſſit.

Ocatur pauo: aut pēna ſupernæ in cerebrū demiſſa: aut iugulatur: ut hæduli ſolent: quo ſanguis exeat a gutture deinde uſq; ad caudā pellis leniter ſcinditur. ſciſſaq; cū ꝓpriis pēnis a toto corpore ad caput trahitur: quo abſciſſo cū pelle reſeruato cruribuſq;: pauonē ipſum aromati bus ac odoriferis herbis refertū ueru aſſabis: infixis tamē pri9 per pectus chariophilis inuolutoq; collo lineo albo continuo aqua humectato ne omnino deſiccetur. Coctū pauonē ex ue ru exemptū ꝓpria pelle integes. & ut pedibus ſtare uideatur: uirgulas ferreas infixas tabulæ ad hoc fabræfactas: per crura ne cernantur per corpus ad caput & caudam adiges. Sūt qui ad ludū & riſu cāphorā cū lana ori indant ignēq;: ubi ad men ſam fertur iniiciant. Hoc Gelio non placet: qui ignem reformi dat. Inaurare ēt pauonē aſſum & aromatibus cōſperſum bra cteis aureis licet ad uoluptatem & magnificentiam. Idem etiā fieri de phaſianis gruibus anſeribus capis ac cæteris auibus poteſt. Verum tarde concoquitur: parum alit: atram bilem auget: epaticis ac ſpleneticis nocet:

¶ In porcello aſſo.

mi illo.binaq; ueluti cornua protendentes retrahenteſq; oculis carent.ideo corniculis prætentare iter putantur.hæ uulgo limaces uocantur.quas Fuluius Lupinus in tarquinenſi agro pauloante Pompei ciuile bellum uiuariis ad ſaginam quæ ex ſapa & farre & lacte datur incluſit.uaria ſunt eorum genera. Albæ in reatino agro naſcuntur.Illyricis præcipua magnitudo Aphricanis ubertas. Coqui multifariam cochlæ poſſunt. Lacte in uas ubi modicum aqua inſit per noctem:aut diem reponendæ coperculo addito ne prodeant.purgabuuntur uehementer.Sunt qui eas lacte per noctem paſcant & purgent: Illatas deinde in cacabum cum recenti aqua ad focum tandiu retineant.quoad ſemicoctæ ac bene ſpumatæ fuerint. Ex cochleis uero erutæ.ac primum ex aqua calida bene lotæ ſubinde ex aceto & ſale cōfricatæ:rurſuſq; lotæ ac farina inuolutæ in feruēti oleo:aut liq̄ine ſunt frigendæ.frictas aut mētha ſiluestri alio pipere croco tunſis & acreſta piſſolutis.aut ſalſa uiridi ſuffundes.Elixæ ut mihi quidem uidetur: aut alliatum aut moretum requirunt. Cochleæ ſi ſine multo alio aut moreto fuerint.boni alimenti ſunt. Pectori & pulmoni opitulantur: Epar eius fibras laxando iuuant.ethicis proſunt.

¶ De Teſtudine.

i Ndicum mare teſtudines tantas emittit.ut ſingularū ſuperficie affirmate.Plini9 habitabiles caſas integāt Aiunt itē inter inſulas rubri maris homines his cymbis nauigare. Teſtudinum putamine ſecare in laninas lectoſq; poſtes ac repoſitorium his ueſtire:C. Iulius Polio primus inſtituit:& ut Maro ait Radiant teſtudine poſtes. Capiuntur autem cum diutius deſiderio reſpirandi in ſuperficie conſiſ-

tunt:ita ſole in toſtæ:ut immergere ſe ſuperuenientibus uenatoribus non poſſint. Sunt & terreſtres in ſiluis habitātes: quæ ut creditur herbis & rore uitam ducunt. Has canibus inuentas ruſtici ad cibum transferunt. In cacabum feruentem aqua cōiiciūt. Semicoctæ & exemptæ confracta teſtudine ablatiſq intestinis ac pelle iterum donec exactæ coquātur in cacabum ad ignem ponuntur. Coctas pipere croco uitellis ouorum diſſolutis ſuffundes. Sunt qui ex aliato uel ex ſalſa comedant. Boni ſunt alimenti:& ſine moreto: medelæ uim habent.

De Ranis.

r Anæ inter piſces nequaquam numerādæ recte hoc loco ad culinam uenient Rubetas & ſub terra uiuentes: ut noxias reiicio. Aquatiles hæ ſunt de quibus loquor. Bolo captæ meliores eſui putantur: quam quæ fuſcina. A ſerpentum enim morſu attrectatæ. ac leſe. bolum attingere non putantur. Captarum coxulas denudatas pelle per noctē aut diem in recenti aqua natare ſinimus. Inuolutas deinde farina in oleo frigimus. Frictas & in patinam tranſlatas. Palleus meus ſalſa uiridi ſuffundit: ac feniculi floribus aromatibuſq inſpergit.

Platinæ Liber Decimus de Coquendis piſcibus

d Icere de natura & ui piſcium omnium inſtituerant, niſi tranſmutata & confuſa ipſorū nomina perturbaſſent. Animātium ſiquidem nulla ſpecies eſt: quæ idiuiduorum ſuorum magis quam piſcea nomen: & deſcriptionem amiſerit. Fecit hoc æuum: & eorum qui ante nos fuere negligentia atq inſcita. Dicam tamen quam accurate fieri poterit de his qui

ad menſas ueniunt quorum præſertim nomina, integra adhuc
extant. De oibus dicere cum plura uulgo credita ſint: quæ in
aqua: quam quæ in terra naſcuntur non eſſe conſilium. Piſci-
um quibus humana conſuetudo ueſcitur: natura fere frigi-
da & humida eſt ad ſimilitudinem elementi: unde naſcuntur
Marini tñ minus ob ſalſedinem aquæ putantur. Saliti unde
uis ſūpti inſalubres habentur. Male.n.alunt: & ſitim ingentē
excitāt. Recentes mediæ ætatis. diu enim uiuere piſces putant
& non nimiū pīgues: nec limum aut cenū ſapiētes. nec cito pu
treſcētes. nec duriciem. aut uligimen præſeferentes: maxium
& minimis antepoſuerim ſemper. Meliores item putant ma-
rini ſecundum quoſdam quam fluuiales: rurſum fluuiales q̄
qui in lacubus naſcuntur & hi qua qui in paludibus. Probabi-
liores præterea duxeri ſaxatiles quā harenoſos: harenoſos q̄ cē
noſos: & paluſtres. Non improbant item & qui ex mari flu-
mina innatant & qui ex fluminibus in maria deſcendunt. ſi id
eorum natura patitur. Piſces tamen omnes qualeſcunq; ſint
duræ ob eorum frigiditatem & uiſcoſitatem concoctionis ha
bentur. Sanguinem præterea frigidum ac phlegmaticum ge
nerant: unde uariæ & graues oriunt ægritudines: neruos mol
liunt: & ad paralyſim præparant. ſitim excitant. Humectare
tamen uentrem putantur: & genituram augere Piſcium om
nium non eadem ſed conditura & coctura. quos elixos & fri-
ctos uoles fere omnes exquammato: exenterato brāchiaſeuel
lito ac bene lauato: Contra uero quos aſſos optabis integros
ad focum pones. excepta ſalpa lacia: quorum inteſtinum per
branchias extrahitur.

¶ De thynno.

d E thynno: cuius præcipua magnitudo eſt dicere pri
mo inſtitui. pependiſſe enim thyn nū captū cuiꝰ lati
tudo duo cubita & palmū uoluebat. xy. talēt acōſtat.

Naſcuntur & in amnibus ut in nilo rheno & pado. Thynni mares ſub uentre pinnam non habent. Bienniũ eorum longiſſima uita pleniluniis pingueſcunt. Verno tempore capiuntur i ſinu bizãtio: hyberno i põto latẽt. Capti ac membratim diuiſi ceruice & abdomine cõmendantur. Sale etiam reſeruari pulmentorum uicem ieiuniis ſubeunt. Salitum eius abdomen: & ſolidum nec molle: quod tarãtellũ uulgo appellant: aqua & aceto interiectis furfuribus quo melius ſalſedinẽ relinquat: bene lotũ & repurgatum in aqua non multum coques: exemptũ & aceto bene maceratum: ubi uoles edito. Sunt qui aromata dulcia inſpargant. Ex eodem thynno fit ſalſamentum quod thynninam appellãt. In aqua tepida horas ſex hæc innatet oportet ſi purgatam uoles. Elixam parum admodum ex aceto comedes Hæc ut omnia alia ſalſamenta peſſimi ſunt alimenti. Recentẽ thynnum pipere cynnamo tritis cepa cocta & conciſa aceto melle oleo condies.

De Mulo.

m Vlũ piſcem apud romanos in precio fuiſſe ubique fere legitur. In mari rubro librarum octoginta qdẽ inuenti ferunt. Nã celerẽ Aſiniũ mulũ emiſſe ſeptẽ milibus Capti ac uulnerati ferula: qua aliter percoqui non poſſunt ad elixum & aſſum tendũt. Elixos eo mõ quo & thynnum aſſos pipere: ruta nucleis tũſis & aceto aut acreſta perfundes:

De Anguillis.

o Ctoginta ãnis uiuere anguille putantur. Durãt item ſine aquis ſenis diebus aquilone ſpirante: auſtro paucioribus. Tolerare hyemẽ in parua aqua: aut in turbida uiuere nõ poſſunt. Captã anguillã & excorticatã, ac exenteratã i fruſta ſatis magna cõcides: ac ueru ad focũ bñ coques

Poſitis in fruſta lauri aut ſaluiæ foliis humectando ſemper co ctură muria:quă iſti ſalimolam uocant, Vbi prope coctură fuerit:farina aut pane trito addito cynnamo & ſale inſpargen do circũquaq; incruſtato. Elixă ſi uoles:cũ petroſelino ſaluia: ac quibuſdă lauri foliis percoques: & acreſta ac pipere ſuffun des. Salită præterea in fruſta cõcides:macerată in aqua horis quatuor aut quinq; in cacabum ad focum pones:ſemicoctam in aquă recentem tranſferes ſineſq; Efferuere donec oio coqu tur. Coctam petroſelino conciſo & aceto ſuffundito.

¶ De Murena:

Vrena oua parit quocũq; menſe: citiſſime creſcunt cũ reliqui piſces ſtatuto tẽpore id agant. In ſicco litto re elarſas coitu ſerpentũ impleri uulgꝰ putat. Ariſto teles marẽ qui generat zinirũ uocat. Diſcrimen hoc inter ma rem & feminã eſſe:ꝙ murena uaria & infirma ſit zinirus uni color & robuſtus dentes extra os habere dicuntur. Inuenit in hoc animali documenta ſeuitiæ. Verius pollio eques romanꝰ ex amicis diui Auguſti uiuariis eaꝝ imergens dãnata manci pia tanq̃ ad hoc feris terrarum nõ ſufficientibus. Ferunt aceti guſtu eas in rabiẽ agi. Murenas apud antiquos in precio fuiſ ſe crediderim. & ꝙ licinio hoc piſce effuſiſſime delectatio co gnomentũ dedit: & ꝙ. C. Cæſar dictator cũ triumphales cœ nas populo daturus eſſet:ſex milia murenaꝝ emiſſe dicit: aut ut Plinio placet mutuo accepiſſe: & quod Lucius Craſſus pdi ues ille murenam in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tã q̃ filiam luxit. Hoc idem de Hortenſio ſcribit Plinius. Ex pharo Siciliæ optimæ putantur:quas illi plotas latini flutas uocant ꝙ in ſummo ſemper natãtes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe & in aquam mergere deſinunt:atq; ita facilius capiuntur. Var ro ſic dictas putat:ꝙ in ſumma aqua præ pinguedine ſui flui

tenet᷑.Coquit᷑ murēa exoſſata more maiorum:ut anguilla ſub
lato corio capite & cauda:aſſam moreto uiridi ſuffundes:

❡ De Echino.

s Aruus admodum piſcis aſcuetis petris echinus
:qd᷒ carnis adhærente naues tardius
ire creduntur.Cū Plinio ſentire Lucan9 uidet᷑. Nō
proprium retines euro tendente rudentes. In mediis echinus
aquis:cuius prima ſyllaba ab eodem Lucano ꝓducitur:cū cō
tra a Iuuenale corripiatur:& re uera ſit breuis natura.Obſer-
uare itē greci:ut echinos caſtaneaꝝ folliculos appellarēt quos
Martialis hoc diſticho imitatus eſt.Iſte licet digitos teſtudine
pungat acuta:Cortice depoſito mollis echinus erit. Echinos
ubi coxeris:pipere & croco aſperges.

❡ De ſepia.

s Epia inter piſces ſanguine carentes numeratur.Ca-
rentium autem ſanguine tria ſunt genera.In primis
quæ mollia appellantur.Deinde contecta cruſtis te
nuibus.Poſtremo teſtis cōcluſa duris.Mollia ſūt loligo ſepia
polypus:& cætera generis eius.His caput ter pedes & uētrē
collocatum eſt.Pedes octoni omnibus ſepiæ & loligini:ex his
duo pedes longiſſimi & aſperi quibus ad ora cibus admouēt:
& in fluctibus ſe ueluti anchoris ſtabiliunt:cū cæteris uenan-
tur.Sepiarum generi mares uarii & nigriores cōſtantiæq; ma-
ioris.Feminis tridente percuſſis exiliant᷑.Contra uero femina
icto mare fugit.Ambæ autem ut ſenſere ſe apprehendi effuſo
attramento infuſcata aqua latebras quærunt.Sepias elixas ab
aheno in patinam miſſas cum pipere laſere condies ut uoles.
ſunt qui ex pipere cynnamo coriandro uiridi mentha uel ari-
da:oui uitello aceto uel acreſta:olei modico:ubi bullierint ob-

ligent.

¶ De Loligne.

Vnt & loligeneſ & loligunculæ quæ magnitudie po
s tius q̄ q̄litate differunt hæ extra aq̄ ſe offerentes uoli
tare putantur. Coctæ & in patinam tranſlatæ pipere
rute melle: olei guttis condiunt᷑.

¶ De Polypo.

Olypus dictus eſt ꝙ multos habeat pedes: brachiis
p ut pedibus & manibus utitur. Cauda quæ eſt biſul
cata & acuta in coitu: lætant᷑ admodū odore. Cōchi
liorum carne. Omnia in domū cōportant. Deinde putamine
roſa carne egerit. Annatātes quæ ad ea piſciculos uenant᷑. Po
lypū coctū pipere & laſere condies.

¶ De Conchis.

X genere conchilorum conchæ habent᷑ quæ quidē
e uiſo omniq; ſenſu alio q̄ cibi & periculi carent. His
apertis inſidiant᷑ polypi. Impoſito.n. lapillo cōtra cō
chas ne claudi poſſint ſecuri carnes extrahunt. Negant i aqua
nullum eſſe animal ad confidendum hominē atrocius cocta
pipere: petroſelino mentha ſicca: cynnamo obligas.

¶ De locuſtis.

Ocuſtæ cruſta fragili muniunt᷑. Latent menſibus q
l nis. Eodē tēpore & cancri occultantur. Ambo more
anguium ueris initio ſenectutē exuunt renouatione
tergorū: cætera in undis natant. Locuſtæ reptātiū mō fluitant
Vnū hoc aīal niſi uiuū feruēti aq̄ incoquat᷑: bonam carnē nō
habet. Viuūt petroſis in locis. Aliter ſic coques locuſtas. Api
unt᷑ locuſtæ ut aſſolet cū teſta: & infunditur eis piperatum ac
ſi in craticula aſſant᷑

¶ De Cancris.

Ancri hyeme aprica loca ſectantur: æſtate in opaca
c purgatū recedunt. Omnia ei9 generis hyeme lædū
tur. autūno & uere pingueſcūt: maxime pleni luniis.

Cancrorum plura ſunt genera ſed omnibus fere longa eſt uita. Pedes octoni omnes in obliquo flexi. Feminæ primus pes duplex : mari ſimplex. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. Superior pars in primoribus his mouentur in inferiore immobili : dexterum brachium omnibus maius Vniuerſi aliquando congregantur : quod ex eorum diuerſo ac trito itinere apparet. Sunt & cancri : qui phynoteræ appellantr. omnium minimi : & ob hanc rem iniuriæ oportuni. Huic ſolertica eſt inanium oſtrearum teſtis ſe dondere : & cum acreuerit migrare in capariores cancri pauore. Retrorſum cedere cancri pari uelocitate putantur. Dimicant inter ſe ut arietes aduerſis cornibus incurſantes. Contra ſerpentum ictus medentur : Aiunt ſole cancri ſignum tranſeunte ipſorum corpora exinanita præſertim ac ſicca exiſtentia in ſcorpiones tranſfigurari. Ex hoc genere & echini putantur. Oua omnium amara : ſunt & quina ſimul iuncta Ora eorum in medio corpore in terram uerſa traduntur. Sevitiam maris præſagiunt. Hinc eſt quod correptis operiuntur lapillis. mobilitatemq; pondere ſtabiliũt Quod ubi uidere nautæ ſtatim pluribus anchoris nauigia firmant. Sunt q & cochleæ tam aq̃tiles q̃ terreſtres in hoc gñere collocet. Vngues habẽt in tenebris ẽt uelut lucentes. Coq his oẽs ex aq̃ & aceto : & abũdãti ſale debent. Ita efferueãt oportet ut bis terue ſpumam exuudanti aheno amittant. Cocti & in patinas tranſlati ex aceto comeduntur : Farciri & cãbari euacuata teſta : tunſa ipſorum ex cauda & chelis carne : tunſis amygdalis : uua paſſa : uitello oui : trito caſeo ſi tempora peratientur. petroſelino amaraco minutim conciſis : & fracti frigi in oleo lẽto igne debent. Camarum ego illũ putari : qui parus admodũ & tenere tam ex lacubus quam ex marinis littoribus capit̃. Coqui & hi eo modo quo ſuperiores debent. Cãcri certe difficillie

concoquunť:cocti aſmaticis & ptiſicis ꝓdeſſe putanť. Teſtæ eoꝝ in cinerē redactæ. cū melle ac gētiana potæ morſui rabioſi canis mederi putantur.

¶. De Conchis

In conchis magna eſt & figuræ & coloris uarietas: utpote planis concauis lunatis:longis in orbem:curuatis:dimidio orbe cæſis:in dorſum elatis leuibus :rugatis:denticulatis:crinitis criſpis. Ex his pectines reconditi:& ipſi magnis frigoribus.ac magnis æſtibus ſaliūt.extra uolitāt ſeqꝫ & ipſi carinant. Magna uenit Romanis luxuria ex concharum genere. Origo autem & genitura conchæ.unde margaritæ naſcuntur oſtrearum cōchis haud multū differt. Hāc autem repleri roſido conceptu tradūt.ubi genitalis anni hora eam panſam quadam oſcitatiōe emiſit Melioreſqꝫ margaritas ex qualitate roris puri uel ſecus gigni. In aqua mollis uino exemptus protinus dureſcit. Concha ipſa cum manum hominis uidit comprimit ſe atqꝫ operit. gnara ſe propter opes ſuas peti:manumqꝫ ſi præuenit acie ſua abſcindit. Captæ conchæ ac ſale obrutæ in uaſis fictilib9 eroſa carne omni nucleos quoſdam corporum:hoc eſt uniones in fundo relinquunt: candore magnitudine inter ſe diſtantes & quia nullibi duo reperiunť indiſcre.i.his merito unionum nomen romane impoſuere delitiæ. Clarior in rubro mari reperitur. Duo fuere maximi uniones uſqꝫ ad Cleopatræ tempora. Quæ Antonium ad luxum prouocans in ſumere ſe poſſe una cena ſeſtercium centies affirmauit. Hæc ubi mirari uidit Antonium aridens ueſana mulier phyalam popoſcit cui aceti acris nonnihil infundit.atqꝫ illuc unionem demptum ex aure altera feſtinabunda dimiſcit: eumqꝫ in ature diſſolutum (ut eius lapidis natura ē̄) .M. Antonio bibendum appoſuit: Hic unio centies ſeſtercium ſine contentione ualebat cuius autem magnitudinis fuerit inde colligi

poteratq́ qui ſupfuit poſtea uicta regia: & capta ægypto Romam delatus deſectuſq́ eſt: & facta ex una margarita duæ atq́ impoſitis ſimulachro Veneris aut monſtruoſæ magnitudinis in templo quod Pantheon dicitur Conchæ igitur ſi nõ hac ratione ſatis hũanis deliciis ſatiſfaciũt. in carbonibus: ut oſtrea ſolemus, coquantur.

¶ De Purpura & Murice:

P Vrpura & murex conchiliis annumerantur. Latent circa cauſis ortum tricenis dieb9 Congregantur uerno tempore. Purpura florem illum tingendi ueſtib9 olim expetitum in mediis habet faucibus nigrantis roſæ colorem referens: reliquo tempore fere ſterilis uiuas q eas quærũt capere contendunt: qui cum uita ſuccum illum amittunt: Cõchæ omnes celerrime creſcunt. p̃cipue autem purpureæ. Anno. n. magnitudinem implét. Murice tñ purpura colore præſtantiorem crediderim. Ab his & oſtrum dicebatur color ille celeberrimus q́ ex oſtreis purpura ac murex erueretur. Et ſarranum nomen ab Sar urbe Pheniciæ. quæ poſtea Tyrus appellata eſt ſumpſiſſe conſtant ut apud Virgilium. Et gemma bibat & ſarrano dormiat oſtro. Coquuntur & hæ eo modo quo cætera conchilia.

¶ De Oſtreis.

D E ſiliceis tandem conchilibus cum oſtreis concludamus quæ quia demortuam etiam uenerem excitant apud lauros & libidinoſos in precio ſunt. Sergius ille qui ab Orata piſce capto. & auecto cognomẽtum accepit primus omnium non tantum gulæ quantũ auaritiæ gratia oſtreis uiuaria adinuenit: Luci Craſſi oratoris ætate ante Marſicũ ellum quo quidem principio adeo uectigalia & priuati prouentus ex piſcinis creuere; uacantibus etiam huic rei magnis

uiris utpote Lucio Philippo & Hortenſio quos piſcinarios. Cicero appellare ſolitus eſt:ut Catonem Vticenſem. L. Luculli hæredem de piſcinis quadragita quadringentis millibus uẽdidiſſe ſcribant hiſtorici. Idem igitur Orata qui primus balneas penſiles habuit. Primus etiam oſtrearia in Baiano collocauit: quia limoſa regio quæ ſoleam creat: & paſſerem: conchiliis quoq; muricibus & oſtreis idonea eſt. Primus etiam optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit. Hæc cocta in carbonibus: atq; ex teſtis exempta frigi in oleo & aromatibus: atq; acreſta ſuffundi poſſunt

¶ De Orata.

n On eſt credendum oratam ad nos abunde cum impenſa aduecta ſine cauſa: quæ in ſapore & uolupta te collaudata eſt. Omnium tamen aurata licrinam concham de paſta nobilior habetur: teſte Martiale hoc diſticho. Non omnes laudes preciumq; aurata meretur. Sed cui ſolus erit concha lucrina cibus.

Si pinguis eſt orata elixã: ſi maceſſit aſſam facito: ac moreto uiridi ſuffundito.

¶ De accipenſere.

a Ccipẽſer: quam ſecũdo bello punico romã aductũ conſtat: rari capitis piſcis ẽ: magniq; pcii. Squãmam ducit aduerſam cum cæteri ſecundã habeant. Hunc piſcẽ coronati miniſtri cum tibicine ad palatinas menſas ferebant: q̃ſi ambroſias dapes.

¶ De ſcauro:

ſ Caurus ex Aſia in noſtrum mare ab Octauio præfecto claſſis aduect⁹ eſt: quẽ piſcẽ inter hoſtiam & cãpaniæ litus ea lege ſparſit: ut qnquennio donec multiplicaret intactus relinqueretur. Melior tñ inteſtinis q̃ carne ẽ: auctoritate Martialis.

¶ De Lupo.

ſ Alia alibi meliora naſci ſententia Varonis. & Plinii

deprehendímus:quí uerbis his lupo ínter píſces palmā aſcri-
bunt. Ad uíctū optima refert ager campanus frumenta. Fale
rinus uinum. Caſſina oleum. Tuſculanus ficum. Mel tarenti
nus. Piſcem lupum maxime qui inter duos pontes captus eſt
Tyberis. Vt rombum ſinus Rauēnas: murenā ſiculus littus.
Aſſatur autem in craticula lupus: ſi is eſt quem uulgo latiā uo
cant. Auulſis brachiis extractoq; per eandē uiam inteſtino: aſ-
ſum ſalſa uiridi ſuffundes. Qđ ſi elixū uoles leucophago in-
uoles. Vtroq; modo ſuauiſſime edit᷑. Ad hunc Pōponius Ty
beris accola Martio Aprili & Maio me ſepius inuitabat: ſatis
etiam tuto perditur cum non incongrue alat Philippus roma
nus noſtra ætate phyſicus egregius: & diſcipline ueterum dili
gentiſſimus rimator aſſerit ſtirionē: ſi ſaporem inſpicimus eē
quē ueteres illi captum inter duos pontes tantopere laudabāt
Nec lacie eam laudem aſcribendam putat. Vter noſtrum me
lius diiudicet liguritorum ſit iudicium.

¶ De Siluro.

Ilurus maſculus oium edita cuſtodit oua: & ſæpe qn
s quagenis diebus ne abſumātur ab aliis. At marinus
mus in terra ſcrobe effoſo parit oua & rurſus obruit
terra trigeſimo die refoſſa aperit fetū in aquā ducit: nos piſces
ſui hoium neq̄q̄ cōmendandos cenſui.

¶ De Rōbo.

Ombū in adriatica captū: maxime uero in ſinu Ra-
r uennate ſuauiſſimum eſui crediderim: qđ apđ ma-
iores non niſi principum menſis apponebatur. Ma-
gnitudinis eius Iuuenalis auctor eſt uno carmine. Incidit
adriatici ſpacium admirabile rombi. Et Martialis. Quamuis
lata gerat patella rombum: Rombus latior eſt tamen patella.
Rōbum in calato uictū aut pinaci annexū in cacabo coques.

Facillime enim ſi hoc modo coquatur díſrumpit̃. Efferueat tam lento igne neceſſe eſt. Coctum cum leucophago & aromatibus: & tuto & ſuauiter edes. ❡ De Stirione.

Radi per tenebras nunc mihi uideor: quando horũ de quibus deinceps dicturus ſum piſcium: null9 certus uel nominis uel naturæ exiſtat auctor negligentiæ maiorꝝ & inſcitiæ id magis q̃ mihi aſcribendum eſt. Vtar ego nouis nominibus ne delicatorꝝ gulæ permedicaut ſtetiſſe quominus integra uterentur uoluptate: Stirion piſcis eſt prægrandis: flumina non niſi lata ingreditur. Captum non ſtatim ſed poſt paulum in aqua dimidiata uino albo uel aceto coques Salem indere memento. Tantum cocturæ: quantum uitulina caro requirit. Comedi ſtirion ex leucophago ubi multũ gingiberis inſit uel ex alliato uel ex ſinadipo debet. Ex ſtirione fit ſalitura: quam uulgo ſchinale uocant: quaſi ſpinale: ꝙ ex dorſo & ſpina fiat. Bonum ſcito cũ in teſſellas conciſum integrũ & rubeum erit. Dum in craticula coquitur: aceto & oleo crebro inſpergito: ne deſiccet̃: ubi calorem penetraſſe credideris ab igne eximito: ac ſuffuſum reliquo aceti & olei: conuiuis apponito. Hæc ſunt potatorum calcharia

❡ Conditum: ꝙ cauiare uocant.

Va ſtirionis exemptis quibuſdam neruis qui hæc inter erant lota ex aceto aut uino albo in tabulam extẽtes: ut exſiccentur; Salita deinde in uaſe aliquo aut in uoluta: ſale manu non tudecula ne frangantur in ſaccũ rare texture: ut inde humor exeat coniicies. Poſtremo uero in fundo perforatam: ut ſi quid humoris ineſt inde exeat. ad uſum repones bene præmendo & operculando. Coqui duobus modis cauiare poteſt. Nam & in buccellas uel fruſta panis parum to-

ſtas extenſum ad ignem cũ fuſcina aut gladii cuſpide tandiu retinendũ eſt:donec cruſtam fecerit coloratiorem:atq; ſtatim calidũ edendum.Et aut lotum aqua tepida:ne pluſq̃ ſatis ẽ ſa- litum uideat᷑:oleribus bene conciſis excauato pane ac trito ad miſcebis:addendo parum cæpe minutatim conciſæ:ac frictæ: minimum piperis.Hanc deinde impenſam in frictate modũ coques:& græcos huiuſcemodi cibi auidiſſimos paſces.

❡Lumbrina.

Vmbrina piſcis eſt non contẽnendus coruo aſſimi-
l lis.Coquitur autem & conditur eo modo quo ſtirio
minus cocturæ:quia tenerior eſt requirit:

❡Dentale.

Entale noſtra ætate dictum:ꝙ dentes fere exertos ha
d beat:quibus & piſcatores interdum lædere cõſueuit
Senſere antiatis cicatricis in digito acceptas a dentali
uulneris inſpexi.Oratæ ſimilis eſt ut ſtirio coquitur.

❡Varrolos.

Arrolũ paruũ utpote q̃tuor aut quinq; librarꝝ:nec ex
u quãmatũ nec exenteratũ:aut in craticula:aut in oleo
coquito.Si in craticula:aſpergere cõtinuo ſalito oleo
& aceto memento.Multã cocturã amat:propter eius exube- rantem humiditatem.

❡Coruus

Oruus ſubniger ẽ ad corui ſimilitudinem:unde no-
c men accepiſſe putatur:pinnas in tergum oblongas
geſtat.Lapidem item in capite gerit. Affirmat Palla- dius dolorẽ laterũ ſedari ſi ſub annulo geſtatus carnem attige rit.Optimis piſcibus annumeratur.Coqui ſiue magnus ſiue paruus:ut uarrolum dixi poteſt.Frictum moreto:& cui modi cum allii inſit:aut ſinapido ſuffuudito.

¶ Solea.

Olea piſcis lautus nec admodus longus:uerum ſub
s tilis & ſoleæ ſimilitudinẽ habet unde nomen acce-
piſſe puto:Frictũ petroſelino minuti cõciſo:& acre-
ſta:aut ſucco malarancii ſuffundes.Numerat̃ & hic inter bo-
nos piſces.

¶ Palmita.

Almitas ego paruas lũbrinas crediderī.Neq;.n.niſi
p q̃titate tm̃ differunt.Nã & oblongæ hæ:ſunt & ſub-
nigræ.& caudã bñ ſubtilẽ acutã & bifurcatam .Sũt
itẽ ſine ſquãmis.Coquit̃ & condit̃ ut ſtirio.Si parua admo-
dũ fuerit frigatur:petroſelino ac ſucco malarãcii inſpergatur.

¶ Frauolinus.

Vrgit in dordum frauolinꝰ:inclinatq; caput foris ru
s ber eſt intus albigat:ac ſaporem optimum edentibꝰ
præſtat.Coqui quo uis modo poteſt maior & elixus
leucophagũ:minor & aſſus ſalſam requirit uiridem.

¶ Trillia.

Rillia curti capitis piſcis eſt & groſſi:cauda item acu
tũ ducit.Integra nec exenterata aſſanda eſt:ac muria
aſpergenda.Ad dies octo aut decẽ durabunt:ſi pati-
na altera ſuper alterã poſita ſalimola cõſperſa fuerit.

¶ Salpa.

Alpa piſcis nec magnus nec boni ſaporis eſt. Sylue-
s ſtre.n.neſcio qd ſapit.Coloratior itẽ in medio:& ex
trãſuerſo extat. Hic piſcis qa uentricoſus admodũ ẽ
bñ exenteratus:ſed parua q̃tũ fieri põt inciſura:aſſatura req-
rit.& moretum.

¶ Scorphion.

Corphion niger eſt denſas in tergo ſpinas habẽs qui
s bus nonnũq̃ piſcatores ledit:Magnũ elixum:paruũ
aſſum facies.

¶ Cephalus.

Primi ſaporis eſt cephalꝰ ſeptẽbri menſe:piſcis ſub
o albus:& ſatis magnꝰ:ĩ dorſo plãus.cuiꝰ caput & cur
tum & groſſum ẽ.Magnũ in cacabo coq̃s parum in
craticula.ſalimola cõtinuo inſpgẽdo.ne deſiccet᷑ Ma
gnũ cũ leucophago.paꝝ muria ipſa cõedes: ¶ Paſſer:

Aſſer a paſſere auicula:cui fere aſſimilis eſt capite.nã
p tm̃ differunt:nomẽ accepit.elixo petroſellinum:aſſo
malarancii ſuccum indes. ¶ Cãmari marini.

Ammaros marinos paruos admodum & quorum te
ſta tenella eſt.elixos & feniculo & aceto ſuffundito.

¶ Capæ.

Apæ genere conchiliorum ſunt:coqui in patella ſine
c aqua debent.Conchas ubi uideris præcalore aperiri
acreſtam cum modico piperis triti& petroſelini cõ
ciſi indes:admiſcebiſq; ac ſtatim in patinas tranſferes.In aqua
bene ſalita per noctem aut diem retinendæ prius ſunt:ut ama
ritudinem innatam relinquant.

¶ Merlucius.

Erlucius ſine ſquãmis eſt:accepit fortaſſe hoc nomẽ
m a merula.Lucio tamen perſimilẽ aiunt. Coctũ cum
ſinapido albo comedes. ¶ Lucius fluuialis.

V cium fluuialẽ exenteratũ elixabis:cocto ſquãmã
l cum pelle auferes:ac ex leucophago:aut alliato aut ſi
napido comedes.Paruum luciũ ſi uoles aſſato:hic pi
cis inter alios minus inſalubris habetur. Sunt qui & eundem
lucium appellent. ¶ Trutæ.

Rutas quaſi truſiles a trudendo noſtra uernacula di
t ctas puto:ſemper.n.in aduerſum & impetuoſũ flu
men truta nitit᷑:aduenientes undas ſupare cõtendẽs
Conciſa truta in fruſtra ac ſalita in cacabo ita ut ſurſũ uorſum

inciſura ue tatur, ex aqua & aceto: ita moderate īpoſito: ut ne q; ſal diluatur. n q; pluſq̄ duobus digitis aqua emineat coq de bet. Vbi deſpumaueris: deinceps lēto quoad fieri poterit igne efferuat. Coctam in pinaca extenſā: ut nōnnihil exiccetur aro matibus dulcibus inſparges: ac cum leucophago bñ gingibe rato comedes. Paruam trutā exenteratā: & bene ſquamatam integram hic dextera hic ſiniſtra a capite ad caudam incides: inciſuris ſalē indes: ac per horas duas inter duas tabulas oppri mes. farina deīde inuolutā in oleo plente friges: coctā hoc mō ad quatuor & qnq; dies ſeruabis. Quouis mō edatur grauis concoctionis eſt.

❡ Thinca.

q Vam nunc thincam dicūt olim menā appellatā cre dideri: Si groſſa erit & lixā uoles: ex acreſta. aromati bus. petroſelino minutim cōciſo conditam comedes

a Liter ſi groſſa erit: eā bene exquamatam. ac per me diam ſpinam inciſam ita inuertes, ut quod foris erat intus demum fiat. infractis etiam coſtis. ac conciſis intraneis inditoq; rurſum cum ouis ſex. petroſelini conciſi. pi peris tunſi. alii. diſfracti. croci modico. Sunt qui damaſcenas. aut ceſaria acri . aut paſſulas cum pineis mundis cum ouo diſ fracto indant. Coquenda lento igne in craticula eſt. coctam ſa limola ex aceto oleo croco ſapa ſuffundes.

a Liter ſi parua erit eo modo ſcindes quo ſuperiorem: & conſparſam farina oleo friges. frictam. aut acreſta aut ſucco malarācii ſuffunde. Hoc etiam quouis mo do cocto nihil peius.

❡ Piſcis perſicinus.

p Erſicum piſcem præcipuum Verban9 lacus & pad9 fluius producunt. quem ideo hanc denominationē accepiſſe putāt, quod perſici ſaporem habet. Paruus

eſt uario colore diſtinctus. Suauis hic piſcis habet̃.& minus inſalubris. Maiorem exenteratum nec exquammatum ex aq̃ aceto ſuffuſa coques:Coctum ac mundum .ut i lucio diximus conuiuis appones. Parum exenteratum.& exquammatum in oleo;aut in craticula cum ſalimola coques.

❡ Lampreda.

LAmpreda anguillæ multum aſſimilis eſt:breuior tamen eſt:& foramina utrinq; ſub aure habet.In Ciſalpina paruæ;in Hetruria mediocres Romæ ex tyberi per magne capiuntur: Sed bene a natura actum eſt:quando quidem illic delicatiſſimum ac ſatis magnum produxerit piſcem:ubi uallatæ gulæ inter ſe auctis rerũ preciis certant. Emi frequenter lampredas quinq; ſex ſeptem aureis:& olim a quodam laticlauio uiginti.cum alter ſecum auctionaretur: ſcimus Nec paſſa eſt ingenua gula tantam audaciam gratuitam eſſe. Diſpenſatori enim quod ſui ipſius arogantiam & faſtum nolo dicere ſtultitiam imitatus eſſet centum aureos dono dedit.ne ſecundo ad ſingulare certamen prouocatus timidus ac infractus animo ſubcomberet. Non hoc uoluit Chriſtus : qui uirtutum non flagitiorum: & gulæ certamina ad imitationem nobis propoſuit.Sed ad coquinam redir̃ tutius eſt quam uulnera recrudeſcẽtia attractare.Offam cerbero obiiciamus ne in nos caninam rabiem exerceat.uel lampredam conditam meliorem offa.Lampredam erutis dentibus ac lingua:& extracto per obſcenas partes ſolo quod eo tendit intraneo:cum aqua calida bene lauabis nullibi comminuta pelle Colligẽdus eſt item ſanguis.quo condimentum fieri ſolet.In os eius nucem muſcatã.in foramina que circa aures habet.chariopholi integra grana indes. Inuolutam deinde in ſpiram in tygano

ad focum cũm ſemiuncia optimi olei paruo acreſtæ:uini albi & optimi ſalis quantum ſat erit lento igne percoques. V bi fer uere occeperit ſanguinem e capite i tyganum ipſum exprimi to. Idem etiam fieri antequam ferueat poteſt. Eius morctum hoc modo facito. Amygdalas aut auellanas cum ſua pelle to ſtas ac terſas ne cinis iſit bucellam item panis uſtulatam cum paſſulis contundito. tunſa cum acreſta de fruto aut in parte co cturæ diſſoluito: ac per ſetaceum in catinum trãſmit ito: indẽ do ſemper parum gingiberis gariophilorum: cynnami: & id ſanguinis quod diximus colligendum: hanc impenſam in ty ganũ infũdes: dõec lãpreda cocta uidebit: una efferueat finito

a Liter aſſam ſi uoles dum coquitur ſanguinem & adi pem colliges. Hoc item in eo quo prædiximus mo do edulium condies. Sunt qui minimas. quas lam p̃ docias uocant in craticula lento igne percoquãt ſuffundendo continuo ex oleo acreſta ſale aromatibus ſimul mixtis.

¶ Barbuli:

b Arbuli fluuiales ſunt inter bonos piſces quo uis mo do cocti nõ cõnumerãt. Eorũ oua menſe p̃ſerti maio pniciosa habẽtur ¶ Temulus.

t Emulus piſcis ẽ optim9: & is maxĩe q ex abdua capit quouis modo percõmode coquit. Fr cturam tñ ma gis requirit. ¶ Congruum.

c Ongruũ. quem Antiates brũchum appellant. in fru ſta cõciſum: eo modo coquito quo anguillã locato i ter fruſta ſaluiæ. aut lauri folia. Leo marinus.

l Eonem marinũ ideo cancrũ a uulgarib9 dictũ puto qđ leonis & colorẽ & ſimilitudinẽ q̃dã habet. Ei9 os & id foramẽ. q ſub cauda hẽt lanas occludit. & i fur no ad modum calido ſine aqua: liquamine ue ullo lẽte coquit

Sunt qui cũ carbonibus circũuallent:crebroq; uoluant:ne cõ
burant̃.Coqui itẽ ex aqua & aceto poteſt:ut cãcros fluuiales
ſolemꝰ.Plus tũ cocturæ reqrit qa groſſior & durior ẽ.Coqui
& eo mõ laguſtæ poſſũt:q̃ ex genere cancrorũ:ſed eone ma-
iores habentur. ¶ Scardæ.

Cardæ quouis modo coquant̃ inſipidæ ſunt:& plus
s moleſtiæ ob minutiſſimas ſpinas inter edendũ:q̃ uo
luptatis afferunt. ¶ Carpani.

Arpani groſſi & herbas ubi flumina ob increſcentia
c ex alueis exeũt depaſti nõ inſuaues cũ leucophago:
aut alliato habeat̃.Parui friguntur. Hos Mantuani
bulbaros lingua uernacula uocant. ¶ Salmoni.

Almonos quouis modo coxeris optimos inuenies.

¶ Laſchæ.

l Aſchaꝵ magnã uim Trãſimenus ꝓducit. Frictæ &
i carbõibꝰ:aut i craticula aſſæ:ſalſã:aut acreſtam re-
quirunt. ¶ Lacteolini.

Vos uulgus lacterinos:ego lectelinos appellauerim
q a lacte & albido colore:quo ẽt tranſlucentẽ ſpinã in-
tegro & uiuo licet cernere:adeo diaphani ſunt. Ma-
ri & lacubus capiuntur.Fricti moreto uiridi:aut acreſta ſuffũ
di debent. ¶ Rouilliones.

Ouilliones trilliæ perſimiles in lacu albano:& tyberi
r præcipue naſcuntur:parui ſunt & inſuaues.Coquũ-
tur ꝗ ſibi accõdiuntur:ut lacteolini: ¶ Acicula.

Ciculas a diminutione acus:eos piſces appellauerim
a quas uulgꝰ acucellas uocat.Acꝰ.n.ſimilitudinẽ hñt
& quouis mõ coctæ:optĩe hñtur. ¶ Turdꝰ marinus

Vrdũ marinũ ideo ſic dictum:qđ turdi ſimilitudinẽ
t habeat:quouis modo coques:aſſus ſinadipon;

¶ Agoni:

N laccu albano optimi naſcuntur Agoni piſces non
i admodum magni:& fere ſardellis aſſimiles:Elixi pe-
troſelinũ butyꝝ & aromata requirunt. Fricti malarã
cũ ſuccum aut acreſtam. ¶ Sardellæ.

Ardellæ ex benaco admodũ laudant᷑. Frictæ ex acre
s ſta aut malarãcio ſuffunduntur. ¶ Polypos.

Olypũ a multitudine pedũ ut diximus ſic appellatũ
p quoquõ coxexis:malũ dices ¶ Cancri.

Ancri quos uulgo mutatis:& inuerſis litteris grãcos
c uocãt:tam fluuiales & e lacuna:ꝗ maritimi cocti ace
to ſuffundi debent: ¶ Carpiones.

m Iror a Plinio cũ de benaco celeberrimo Veronenſis
patriæ lacu mentionem perſæpe fecerit:nil de carpio
quo lacus ille præcipue extollitur:ab eo ſcriptum relictum eẽ
Coquuntur carpiones quouis modo. Verum ut diu durẽt:ca
ptos ſtatim ac in ſalimola biduo retẽtos in optimo oleo diu fri-
ges:ut bñ coquant᷑. Seruari hoc modo per menſem & ſi mi-
nus ſalubres & inſuaues ſint:& amplius ſi recocti fuerint:ſer-
uabunt᷑ & alii piſces:non tamẽ adeo ſi hoc modo fuerit fricti.
Cauẽdũ eſt a ſpina:quã in capite geſtat lædaris pnitioſa eni:ac
ſi ueneno tincta eſſet:habetur: ¶ Calamarii.

Vos iſti calamarios uocãt melius & magis proprie
q attramentarios appellaſſent:cum & caput ad formã
uaſculi attramentarii habeant:& attramenta ut ſæpe
fundãt. Magni in fruſta cõciſi ac elixi:& petroſelino minutim
cõciſo & aromatib9 pui fricti ex ſucco malarãciũ comedunt᷑.

¶ Piſces in gelu.

Elu ex aqua uino & aceto fit : quo diutius ſerue-
g tur multa aromata indi oportebit. Ex iure menæ:au

lucii præpinguis exenterati tantum:nec exquamati optimum fiet gelu.Sed is piſcis lento igne & in tanta aqua ut uix tegat bene coquendus eſt.Cocti & exempti pellem rurſum in cacabum pones.ac ebuliat aliquãdiu ſines.Reliqua deinde quæ in gelu carnium facienda diximꝰ obſeruabis.Congelari ac cõſtringi:& reliqui piſces elixi præſertim tam maritimi quã fluuiales hac conditura poterũt.

¶ Oua Tarica.

OVa cephali ſale trito conſparges.reſeruata membranula illa in qua oua ipſa tanquam in folliculis naſcuntur.Poſt d ē a ſalitura inter duas tabulas per diem & noctem oprimes: inde ad fumum ſuſpẽdes procul flãma.ne uehemẽtem calorem ſentiant.Sicca in uaſa lignea cum furfuribus repones.Edi hoc modo non inſuauiter poterunt. Verũ ſi cocta uolueris ſub cinere:aut in foculari calido & terſo ſæpe uoluta concalefacies:ac peredes. Cum ſophiano meo hoc nil ſuauius ediſſe me memini.Delata e græcia illa putarim:unde optima ſalitura aduehi ſolet.

¶ Qui ſit edendum in tertia menſa.

DIctum iam ſatis ꝙ in pria & ſecũda mẽſa ſit edendũ dicendũ deinceps erit & hoc breuiter quidẽ ꝙ in tertia tanq̃ in cõcluſione ad ſigillũ ſtomachi ſit aſſumẽdũ.Eſſe carnes ſi cõtigerit:tũ aſſas:tũ elixas ꝓ tẽpore anni aut poma aut pira acida præſertim quæ exhalatiões cibi ãte cepti a capite pro pulſent comedes.ſunt q mirum in modum inter quos eſt nicãder raphanũ radicibus aſcriptũ probent: quod poſt cibũ ſumptus cõcoctionẽ adiuuet:ad ima ſtomachi penetrando:pituitã extenuet:uapores ad caput elatos deprimat renes & ueſicam purget Salutaris & contra fungorum uenena uiperæ:ac ſcorpionum morſꝰ habetur.Tanta eſt eius acri

mōīa maxime uero ſilueſtris.quē ego armoratiū dici credide‑rim in abraſo cortice dorſo ſcorpionis impoſitū ſtatim necet. In prima mēſa ſumptū:nō adeo ꝓbant medici ꝙ ob eius acrē & calidā uim non patiatur cibū in ſtomacho qeſcere ructus generet:& cōcoctionem īducto uomitu ipediat.Sigillare ſto‑machum caſei præduri modicum putat̃:& ꝓhibere:quo mi‑nus exhalationes caput & cerebrū petāt.Faſtidium itē ex un‑ctuoſa cœna aut dulci exortū ꝑcōmode tollit.Comedūt ane‑ſum & coriādꝶ ſaccharo inuolutū delicatiores menſæ ad oris & capitis medelam feniculum uulgares.Caſtaneam cui⁹ uis frigida eſt & ſicca omnes de qua uarie diſceptatum eſt. Hanc alii nucibus:ut uirgilius.Caſtaneæꝙ nuces:alii iuglādibus ut Sardi:qui eas balanos uocant annumeranda cenſuere.Echi‑nis pūgentibus tanq̄ quodā quaſi uallo cortice & mēbranula ut res præcioſa inuoluit̃.In præcio quōdā erat Tarētina quæ & balanitis uocabat̃.Laudabatur & Neapolitana quondā ut nunc.Mediolanēſis:Caſtaneæ oēs bene dentib⁹ trite a bono ꝙ ſtomacho ſumptæ:nō incōmode alere obeſare:appetentiā facere putant̃.Meliores itē habent̃ iter prunas & cineres co‑ctæ q̄ quæ elixæ:aut ī patella perforata ad flāmā toſtæ ſūt.Ni mia.n.eius turgiditas & ſtiptica uis decoquit̃.Sūptæ itē cum ſaccharo aut melle pituitā extenuare putant̃.Eſus ꝑterea co‑toneoꝶ malogranati acidi præſertim & oīa quæ aſtringūt ut ſiliquaꝶ & piſtachioꝶ nō īprobat̃.poſt piſces edēdæ aut amy gdalæ aut auellanæ:aut nuces ſūt ꝙ piſciū frigidā uim & hu‑midā ſua ſiccitate reprimere putant̃.

❡ De Vino.

Cena & prādium ſine potu nō ſolū inſuauis:ueꝶ ēt iſalubris hr̃ cū hauſtus ſitiēti q̄ cibos eſuriēti ſit gra‑tior & iucūdior.Hūectare cibū neceſſe ē.& ad refri‑geratione͂ pulmonis:& quo meli⁹ ſubigat̃:& cōcoquat̃ ꝙ de

ſumpſimus. Vinũ qđ Androchides ad Alexandrũ ſcribẽs ei9 intẽperantiã cohibiturus ſanguinẽ terræ appellauit hauſtũ ca lefaciendi & humectãdi. foris in fuſũ refrigerandi & deſiccã dí uim habet. Eſt.n.eius uis calida & humecta:ũde Homerus appellauit:qđ ſemina caloris habeat. Hinc eſt ꝙ corporibus feſſis nil celerius ſubuenit. ſi modeſte ſumatur. nil item pernitioſius ſi modus abſit. Tremuli eni graues. palladi fetulenti. obliuioſi. lippi. ſteriles. & ad geniturã tradi. cani cal ui. ſenes & ãte tẽpus ob ebrietatem fiũt hoĩes. Quare modus adſit ex hoĩum ætatibus. & anni temporib9 neceſſe eſt Vt.n. hyeme plus eſſe Celſi ſẽtentia & mius. ſed meracius bibere cõ uenit ita æſtate potiõe q̃ dilutiſſima & quæ ſitim tollat. nec cor pus incendat. & ut uere cibum demendo dilutiori aliquid ad minus. ita autumno cibo paulo pleniorẽ utendo minus. ſed me racius bibimus. Danda eſt præterea ſenibus meratior potio pueris dilutior iuuenibus & mediæ ætatis mediocris. Sumen da eſt item potio ex qualitate regionum corporumue. Frigida loca incolentes meracius calida dilutius temperata qđ medi um quodam retinent bibant. Sanguine abundantes dilutibile acuta bile uexati tenue. Atra meracum. Pituita auſterum bi bant. Vinorum tria eſſe genera Plinius aſſerit. auſterum dul ce. tenue. Auſterum pectus aſtringit & exaſperat. Dulce lenit ſe inutilis cum in acutam bilem facillime tranſeat. Tenue om nino inutile:cum membris omnibus opituletur. Alba uina ſi tenuia. aut non nimium meraca ſunt. facilius quam nigra con coquuntur. Hæc enim pectus & fibras aſtringunt. illa laxant & leniunt. Subalba uero tutius aſſumuntur. Conficendiq; ui norum ratio. quæ diuerſa ex regionibus colligitur a ruſticis pe ritis regionum petatur. Nobis ſit ſatis breuiter connumerare: quæ uina in prætio ſunt. Legentes tamen prius adhortor,

ne me ob hanc rem:uini appetentiſſimũ putẽt quo nemo me inſtituto & natura dilutius bibat. Vina ſuorum temporũ laudauere ueteres:ut albana prædulcia. Surrentina tenuia ſalubriaq;. Tyberius cæſar. Signino ineſſe mirã auſteritatẽ ad cõtinendã aluum aſſerebant,medici. Laudem magnam attribuit Mamertinis uinis Diuus Iulius publicis epulis Falernũ laudauere omnes,maxime uero Maro cõtinentiſſimus omnium laudabimus & nos ſine controuerſia & reprehenſione uina liguſtica:& ea maxime:quæ in littore Genuenſi naſcuntur. Lenia enim ſunt & iucundiſſimi ſaporis:nec quicq̃ obſtat q̃n ea nectar apellem. Habet & Corſica firmiſſima uina & que caput facillime tentent. Non improbatur & græcũ maxiæ uero q͂ in oppidum Geminianum in Hetruria naſcitur. Acceſſit & maxima laus ſeueriniano ex lucrinis montibus: quod æſtatis præcipua refrigeratio eſt. Romæ potiſſimũ:ubi & calore & ciborum uarietate:ac copia tanq̃ fornaces uoraciſſimi exeſtuãt ſtomachi. Nobilitate & elegantia ſua me retrahit. Trebianũ quo hetruria maxime excellit. Non negauerim in piceno i Ciſalpina inq; reliquis Italiæ partibus alia & digna eſſe fama:ſed horum tantum mẽtionem feciſſe ſat eſt:ne ætati noſtræ quæ meliora uina quã hoies producit:non ſatiſfactum dici poſſit.

De ſedandis perturbationibus.

Il ꝓpe ad uoluptatem & ualitudinem tot præceptis erit actum :niſi rationẽ ſedandarum perturbationũ: quas græci: uocant breuiter oſtenderimus. Hæ autem ita mẽtem e ꝓpria ſede plerũq; dimouẽt ut perturbato animo ſit neceſſe corpus quoq; aliquo & plerũq; graui incõmodo angi. Perturbationũ omniũ fontes: unde

riuuli prope infiniti noti omnibus eſſe debẽt. Duo enim opia ta bõa ſunt: quorum alterum præſens: alterum paulo poſt aſ- ſuturum ſperatur uoluptas geſtiens opinione alicui9 magni boni: & præſentis: & cupiditas q̃ eandẽ uel libidinem licet ap- pellare: quæ eſt immoderata appetitio opinati cuiuſdam ma- gni boni: ut ait Cicero. Duo item opinata mala: quæ pari ratio ne: qua ſuperiora illa diſtinguuntur: ut metus & ægritudo. ap petere enim aliquid cum ratione eſt ſapientis maxime propri- um cum id modeſte fiat uoluntas dicetur: quẽ uero ſec9 fecíſ- ſe uiderim9 libidine propriæ commotum dicemus. Superiori gaudium: quod cum ratione excitantur: ſequẽti lætíciam exul- tantem effernata cupiditate aſcribimus. At uero ut uoluptati maliuolentia lætans alieno malo. Delectatio p omnes ſenſus diffuſa iactatio: tanquam generi partes ſubiiciuntur: ſic libidi- nem ira excãdeſcentia odium inimicitia: diſcordia: indigentia: deſiderinm ſequentur. Aegritudo autẽ quæ eſt animoꝶ aduer ſante rõne contractio his partibus diſtinguitur inuidentiam æmulatione: obtrectatione: miſericordia: langore: luctu mero- re: erumna: dolore: lamentatione: ſollicitudine: modeſtia affli- ctione: deſperatione. Quib9 perturbatióibus mors etiam nõ nũq̃ oritur ſuffocato & oppreſſo corde ſanguis & ſpirituũ ob metum agitata concurſione. Metus præterea qui cum exani- matione humili atq; infracta futuroꝶ maloꝶ habet rõne fugi endus ẽ quæ pigritiam: terrorem. timorẽ: pauorem exaiationẽ conturbationẽ: formidinẽ: mẽtibus hoium philoſophoꝶ mã- datis obtemperantium abſtergit. His autem ægritudinibus animi: quas a ſimilitudine ægrotantiũ corporum nomen ſum pſiſſe uidemus opportune medebimur ſi temperantia fortitu dine: modeſtia: prudentia: immoderatas appetitiones noſtras quaſi corruptũ ſanguinẽ aut redundantẽ pituitam: aut acutã

bilem:atramue:unde morbi in corporib9 oriuntur diluetr us Non obſtabunt tum uoluptati honeſtæ aut optimæ ualitudini auaricia:ambitio:mulierofitas:peruica ia:ligurito:uiolētia: petulātia fraudatio.ſcel9.furor.turpitudo.temeritas egeſtas. amentia.deſperatio rerum,quibus tanquam teterrimis furtu ris agitati.niſi fortes & conſtantes erimus.Aequitetem.pudiciciam.bonam rationem.pudorem.fidem.pictatem.coſtantiam.honeſtatem. ſanam mentem & bonam ſpem amittentes ab integra uoluptate.quam & bonæ ualitudini coniunctam dicimus.cum dedecore declinabimus.

FINIS

¶ Impreſſum uenetiis per Ioannem de Cereto de Tridino alias Tacuinum Anno. M.CCCCC.III. die xxyiii. menſis Iulii.